

L. Gr.
R.

RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM

SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI

POST CHRISTUM NATUM

QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT SYNODI, ET EPISTOLÆ CANONICÆ,

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,
MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S.T.P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ OXON. PRÆSES.

EDITIO ALTERA.

VOL. V.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXLVIII.

LECTORI S.

REVOCATA huc in suum locum S. Archelai cum Manete Disputatione, quam nonnisi ob amplitudinem ejus omiseram, alia duo Scripta cum prioribus connexa ei adjungere mihi visum est. Quæ sunt S. Augustini Responsa ad Episcoporum Carthaginiensium de Hæretico Baptismo Suffragia, supra in Vol. Tertio collocata; et Anonymi Scriptoris, idem quod Augustinus sentientis, De Rebaptismate libellus. Sequuntur, Ecclesiæ Aquileiense Symbolum, Nicæno illo antiquius; et Testimonia Ante-Nicæna pro auctoritate S. Scripturæ in rebus fidei ex Auctoribus collecta, atque ordine temporis quæque suo allata. Vale.


INDEX AUCTORUM,

QUI

IN HOC TOMO QUINTO COLLOCATI SUNT.

APPENDIX III.

	Pag.
S. ARCHELAI CUM MANETE } DISPUTATIO	3—206
S. AUGUSTINI RESPONSA AD } EPISCOPORUM CARTHAGI- } NIENSIUM SUFFRAGIA }	219—280
ANONYMI SCRIPTORIS DE } REBAPTISMATE LIBER }	283—328
ECCLESIAE AQUILEIENSIS } SYMBOLUM	331—334
TESTIMONIA ANTE-NICÆNA } PRO AUCTORITATE S. SCRIP- } TURÆ	336—354
INDEX RERUM ET VERBO- } RUM IN HOC VOL. ET COR- } RIGENDA ET ADDENDA IN } OMNIBUS	357—370



Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

ARCHELAI ET MANETIS

DISPUTATIO.

ARCHELAI ET MANETIS DISPUTATIO.

AD ZACAGNII EDITIONEM.

[S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxxii. p. 161.
ed. Fabricii.

ARCHELAUS episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ, quam habuit adversum Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus in Græcum, habetur a multis. Claruit sub Imperatore Probo, qui Aureliano et Tacito successerat.

ARCHELAI Disputatio cum Manete non tantum S. Hieronymo nota fuit, sed etiam a S. Epiphanio, ne memorem alios scriptores, excerpta est. Veterem hanc Latinam Interpretationem post Zacagnium repetiverunt Fabricius ad *Operum S. Hippolyti* calcem, Mansi in Tomo Primo *Conciliorum*, et Gallandius in Tomo III. *Bibliothecæ Patrum.*]

LAURENTIUS ZACAGNIUS

PRÆFATIONE AD COLLECTANEA MONUMENTORUM VETERUM,

EDITA ROMÆ ANNO MDCXCVIII.

PRIMUM inter hæc vetera monumenta locum obtinent acta binæ disputationis ab Archelao Mesopotamiæ episcopo cum Manete nefariæ hæreseos auctore, apud Carras primum, deinde in Diodoridis Vico habitæ, quorum editio tum ob materiæ præstantiam, tum ob rei gestæ antiquitatem, acceptissima, ut arbitror, illis erit, qui Sacrarum literarum studio tenentur. Quinam acta ista scriptis consignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum, et Heraclianum Chalcedonensem episcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius in Hæresi lxvi. quæ Manichæorum est, num. xxi. xxv. et xxxii. et S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. lxxii. Archelaum ipsum, quæ coram delectis iudicibus adversus Manetem disseruit, scripto tradidisse putant. Heraclianus vero Chalcedonensis episcopus in libris, quos contra Manichæos conscripsit, Hegemonium quendam illorum auctorem fuisse censuit. Siquidem Photius in suæ bibliothecæ codice LXXXV. horum Heracliani librorum excerpta referens, eundem Heraclianum, ait, in confutandis Manichæorum erroribus, usum fuisse actis disputationis Archelai episcopi cum Manete, ab Hegemonio conscriptis. Et Heracliani quidem sententiam confirmare videntur acta ipsa disputationis, in quibus cap. xxxix. hæc legimus. *Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi, atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat.* Et clarius in eorundem cap. ultimo; *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Verisimile enim non est Archelaum ita locutum fuisse, si ipsemet, quæ nunc habemus, dispu-

tationis hujus acta scriptis mandasset; eo præsertim, quod pro *inscripsi*, legendum potius esse videatur *exscripsi*. Sed nihilo secius cum in postremo eorundem actorum loco mox memorato diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla priori disputationi suæ postmodum addidisse, in eam sententiam lubens venio, ut Epiphanium, atque Hieronymum cum Heracliano conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis iudicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta, celeberrimæ illius disputationis acta ad posteros transmitterentur. Porro Syriaca primum lingua scripta fuisse acta ista, præter Hieronymum id ipsum loco mox laudato clare testantem, illud etiam argumento est, quod Archelaus de solaris cursus spatio agens, sphaeram illud a Græcis vocari ait cap. xxxii. Quinam ea in Græcum sermonem transtulerit, certo affirmari non potest, quamvis magna apud me suspicio sit, Hegemonium, qui alteram Archelai disputationis editionem concinnavit, ipsum quoque eorundem versionem e Syriaco in Græcum eloquium elucubrasset, ut in notiores linguam transfusa, cuncti per orbem fideles plenissimam eorundem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorundem excerpta Græce refert in Manichæorum hæresi; nec dici potest, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia, quæ ab eodem ex actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in Latina, quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de Latina versione mentionem fecisse par erat, si suis temporibus extitisset; vixisse tamen ante septimum Christianæ æræ sæculum, vel inde colligitur, quod in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo sæculo per occidentem passim recepta fuit, non sequatur.

Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum

præ manibus Latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ, non vero Syriacæ linguæ indolem, geniumque redolet, satis superque demonstratur, verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. viii. ita loquitur, *Cum igitur luna onus, quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur vir perfectus. Hic autem vir est columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione. Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀἷρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀἷρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτὸς. Ex quibus patet, Latinum interpretem Græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀἷρ, ut Epiphanius habet, ἀνῆρ legisse, et cum vertere debuisset, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aër perfectus; aër autem iste est columna lucis; ipsum male interpretatum fuisse, Quod vocatur vir perfectus; hic autem vir est columna lucis;* in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt et aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. vii. de viventi spiritu a Manete conficto loquens, ait; *Rursus ipse vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquæ animæ, et fecit ea firmamentum circumvire, et iterum creavit terram, et sunt octo.* Hinc autem patet ipsum Græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτῶ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτῶ, cum tamen apud Epiphanium legatur, εἰς εἶδη ὀκτῶ, *octuplici specie;* quæ sane æquivocatio non ex Syriaca, sed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. viii. pag. 14, vertit, *effundet famem,* cum vertere debuisset, *pestem,* a Græcarum vocum λιμὸς, *fames,* et λοιμὸς, *pestis,* similitudine deceptus, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic cap. ix. pag. 16, pro πήσσει, *congelat, frigore adstringit,* ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήσσει, *percutit,* ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in versione sua, et interdum quidem absolute, interdum vero addita earundem

explicatione, quod utique non fecisset, qui Syriace scriptum opus Latinitati donasset. Hinc cap. liii. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox *τάλαντον* interdum accipitur. Sic paulo ante, *Cybi* vocabulo utitur, et statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali*; vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen est alece*, a *κύβος*, scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis, et earum appendice observavimus. Sic denique cap. viii. ait, *Lunam apocrusin, detrimentum pati*, quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt. [Nunc quoque Syriaca lingua librum suum scripsisse Archelaum, id sibi persuaderi posse negat vir doctissimus J. B. Morris *Operum Selectorum S. Ephremi Syri* e Syriaco sermone Anglicus interpres. Præfat. pag. xii.]

Refert Epiphanius cap. xi. Archelaum, post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Castrum a Diodoro loci illius presbytero certiore factum, duos ad eundem Diodorum *λόγους*, hoc est, libros misisse, ut eorum lectione instructus impii hæretici conatus et ipse infringere valeret. Sed ea in re lapsus fuisse Epiphanium seite advertit Gulielmus Cave in *Scriptorum Ecclesiasticorum Historia litteraria*, et ex actis ipsis disputationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur, in iis enim cap. xli. integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem, ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis iudicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis supersedissee, quod deinceps per otium de tota disputatione eundem certiore reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ post breviter perstrictos Manetis errores, se multa silentio præterisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eundem missorum mentione facta. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum presbyterum literas dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrassse: sed nec secutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eundem scripti fuisse videntur; nisi quis contendat, ipsummet acta disputationis

suae scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis a nobis editæ actis non reperiatur. Eadem quoque sola acta, non vero alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est, hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, et duorum Archelai librorum loco habuisse acta ipsa disputationis a nobis editæ, quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim partes divisa fuisse, in quarum priori disputatio Archelai cum Manete apud Carras, in secunda vero cuncta, quæ tam Diodorus presbyter, quam idem Archelaus a Diodoro monitus, contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

Jam vero Archelaum *Κασχάρων*, *Chascharorum* episcopum fuisse tradit Socrates lib. i. Historiæ Ecclesiasticæ capite 22, Epiphanium secutus in Manichæorum Hæresi num. v. et vii. et in tractatu de Mensuris, et Ponderibus num. xx. At auctor iste sibi non constat, utpote qui in eadem Manichæorum Hæresi num. xi. urbem, cujus episcopus erat Archelaus, *Καρχάρην*, nominat in Petaviana editione, licet in alia Basileensi editione *Καλχάρων*, corrupte habeatur. Postremam hanc lectionem expressisse videtur Epiphanius ex actis ipsis disputationis Archelai episcopi cum Manete, in quorum initio dicitur, *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ*; eamque lectionem sequuntur Petrus Siculus in Manichæorum historia pag. 37, et Photius P. C. in opere adhuc inedito adversus Manichæos suo ævo repullulantes, lib. i. qui dum Epiphaniî narrationes in epitomen redigunt, Archelaum non *Κασχάρων*, vel *Καλχάρων*; sed *Καρχάρων* episcopum vocant; unde etiam patet, emendanda esse alia Epiphaniî, et Socratis loca, in quibus *Κασχάρα*, vel *Κασχάρων* perperam legitur. Porro urbem quandam Careham nomine in Arabia Felice sitam fuisse, Anonymus Ravennas Geographiæ Scriptor

tradit lib. ii. cap. 7. Meminit et alterius Charchæ Am-
 mianus Marcellinus lib. xviii. cap. 23, et lib. xxv. cap. 20,
 cum sequenti; verum neutræ harum urbium Archelaus
 episcopus extitit; nam ejus cum Manete disputatio habita
 est in Mesopotamiæ urbe sub Romanorum ditione posita,
 cujus episcopatum obtinebat Archelaus, ut diserte dicitur
 apud Epiphanium, et in actis ipsius disputationis: Charcha
 vero a Marcellino memorata, extra Mesopotamiam, trans
 Tigrim, in Persarum ditione sita erat, eodem Ammiano
 teste locis supra laudatis; Carchæ quoque Arabiæ urbis,
 cujus apud Anonymum Ravennatem mentio est, Archelaus
 nullo pacto episcopus esse potuit, cum antiqui omnes Scrip-
 tores cum non Arabiæ, sed Mesopotamiæ episcopum fuisse
 tradant. Posteriores apud Epiphanium lectionem, præter
 Petrum Siculum, atque Photium, probare insuper videntur
 acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, in quorum
 initio dicitur, *Thesaurus verus, sive disputatio habita in
 Charchar civitate Mesopotamiæ*. Verum cum inferius cap. iii.
 Charram habeant, eamque Mesopotamiæ urbem esse di-
 cant; hinc lucide constat, tam eadem acta, quam Epipha-
 nium, et alios, intelligendos esse de Carris celeberrima
 Mesopotamiæ urbe; unde vias duas regias in Persidem
 ducentes distingui tradit Marcellinus lib. xxiii. cap. 4, quæ
 urbs Charra etiam scribitur apud Paulum Diaconum in Hist.
 Miscella lib. xxii. cap. 20. Carchar autem, vel Carchara in
 eisdem actis, et apud Epiphanium scriptum fuisse videtur,
 librariorum forsitan errore, vel quod vulgari indigenarum
 lingua ita nuncuparetur. (At vid. GALLANDIUM infra.)

De tempore etiam habitæ ab Archelao disputationis
 consentanea sibi nequaquam tradit Epiphanium; nam in
 libro de Mensuris et Ponderibus num. xx. Manetem ob
 perpetratam Regis Persarum filii necem ex Perside pro-
 fugum, in Mesopotamiam nono Valeriani, et Gallieni
 Imp. anno venisse, qui est Christianæ æræ annus du-
 centesimus LXII. eodemque tempore cum ejusdem regionis
 episcopo disputasse refert. At in hæresi Manichæorum
 sub ipsum operis initium, et num. xx. primum quidem
 ortos fuisse Manichæos, seu potius antiquam de bono

ac malo Deo hæresim a Manete per varias orbis terrarum partes circa annum iv. Aureliani imp. rursus divulgatam fuisse scribit; deinde vero sub Aureliano, et Probo id a Manete factum fuisse innuit, ut videre est num. xix. xx. lix. et lxxvii. ejusdem hæreseos. Non potuit autem Archelaus Valeriani, et Gallieni anno ix. Manetem viva voce confutare, ut in libro de Mensuris et Ponderibus ait Epiphanius, si post non paucos annos, vel anno iv. Aureliani, vel circa finem ejusdem imperii, et initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Mensuris et Ponderibus sequitur Petrus Siculus in Hist. Manichæorum pag. 37, et Photius in laudato lib. i. adversus Manicheos repullulantes, licet Valerianus Aug. jam ab anno vii. ejus imperii a Sapore rege Persarum captus fuerit; posteriorem vero probant acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. xxxvii. lucide apparet, Archelaum sub imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui septuaginta tantum annis post detectam Manetis hæresim se scribere testatur in Catechesi vi. pag. 140. Manetem Probo imperante, hæresim divulgare cœpisse, diserte scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro de Mensuris et Ponderibus errasse, et multo certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris adversus hæreses nobis tradidisse, licet in eisdem quoque libris iterum sibi non constare deprehendatur; nam cum dixisset anno iv. Aureliani, qui partem anni cclxxiii. et cclxxiv. complectitur, emersisse Manetem, ac præterea affirmasset, id accidisse Aureliani et Probi temporibus, hoc est, anno Christi cclxxvi. secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare sueverant, licet eos a Christi in cœlos assumptione annos supputare Epiphanius asserat, vel anno ccxlv. secundum alios, qui a Christi morte annos supputabant; postea subdit, a Manetis temporibus usque ad annum xiii. imp. Valentis, et ix. Gratiani, ac primum Valentiniani junioris, quo ipse scribebat, hoc est, usque ad æræ vulgaris annum cclxxvi. intercessisse annos

cVII. quod sane verum esse non potest; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, et septem anni; sed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni secundum varias supputationes modo memoratas numerantur.

Porro quonam Probi anno id acciderit, ex Eusebio colligi potest, qui in Chronico sic de Manichæorum initiis scribit, *Secundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCII. vel CCCIII. secundum quosdam; juxta Laodiceos CCCXXIV. juxta Edessenos CCCLXXXVIII.* (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Ascalonitas CCCLXXX.* *Insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non tunc primum Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab Apostolorum ferme temporibus quorundam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex Archelao nostro, et Epiphonio liquet; sed quod tunc primum Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, et in Archelaum forte incidente, qui omnes ejus artes, ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incœpisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram judicibus Manetem, rem totam cunctis per orbem episcopis notam fecisse, ut labanti Catholicæ fidei, quanta possent sedulitate, succurrerent, eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai literis habuerunt.

Sed et habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæum innotuisse, ait, Probo imp. et Paulino coss. anno post Christi resurrectionem CCL. ut accommodatius ad chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi, et Paulini consulatus partem anni primi, et secundi imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die 13 Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum impe-

rium obtinuisse constat; quare si juxta Eusebium anno Probi II. et juxta Leonem Magnum sub consulatu Probi et Paulini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem, per quam universæ ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium atque Decembrem anni CCLXXVII. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post trecentos fere annos a Christi morte, imo post trecentos et eo amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui Paraclitum spiritum a Christo promissum temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paraclitum esse non posse, quem Jesus post suum in cælos ascensum illico se Apostolis missurum affirmaverat, et revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum Acta diserte testantur.

His de Archelai cum Manete disputationis tempore ac versionibus, deque ejusdem Archelai episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de sinceritate atque præstantia ejusdem operis, ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam Actorum, quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, et ex cujus bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de actorum istorum sinceritate suspicio nulla oriri potest; nam Epiphanius anno Christi CCLXXVI. adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. XXV. quod ejusdem actis ex Latina versione a nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai rationes atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodosii junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCXXXIX.

Ecclesiasticam Historiam absolvit, et ea omnia, quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem Actis hausisse ingenue fatetur lib. i. cap. 22. Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catena Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib. iii. Comm. de eadem bibliotheca codice XL. quod utique ex hujus disputationis actis desumptum fuisse non dubito. [Vid. calcem *Actorum*.]

Præterea ex eorundem Actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas atque synceritas demonstratur. Archelaus enim cap. xxvii. et xxxviii. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiore appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi cclvii. et cclviii. Romanam ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Historia Ecclesiastica libri septimi capite 6. Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. xxiv. quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano Augusto contigit, eum scilicet a Persis expugnata fuit; vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis rege Persis erepta in Romani imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. x. et xii. Eorum insuper mentionem facit cap. lii. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici Apostolorum temporibus viventis notitiam habuerant, sibi que nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin et varii antiqui mores, in hisce Actis memorati, de eorundem synceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod antiquissimis ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne Paganorum commercio, et superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus de Corona militis cap. xi. aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque

ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant, quod itidem ab antiquis Christianis, qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum apostatam, ubi imperatorem hunc diversoria, et hospitia per orbem Romanum, Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. liv. Manetem in carcere positum, discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque, Christianorum se nuncios esse simulantibus, sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub Ethnicis tantum imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Christifideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent, ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. v. ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex prophanis, quibusdam rebus, quarum in hisce Actis mentio fit, eorundem fides adstruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum a Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebano in manibus gestasse, quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur Jo. Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. 376. Callisthenes quoque, spurius scriptor a doctissimo Ducangio in Glossario mediæ et infimæ Græcitatibus laudatus, verbo Ἐβελλῖνος, de Psammeticho ita scribit, Καὶ ἐστολεύει ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβελλῖνην, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio Constantini Magni filio dicavit, male Tamarisci virgam vertit; unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem af-

fectabant. Incessum quoque imperatorum, dum publice cum protectoribus, signis, draconibus, labaris, ducibus, principibus, et præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. xxxvii. Denique de multiplici sigillorum et clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. xiv. et xxvi. quibus similia prorsus in Ethnicorum scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis superque demonstratur Acta ista genuina et antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

Illud tamen dissimulare non possum, Acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a veteri librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi vi. pag. mihi 147, quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo nostræ editionis loco legatur, ac præterea verba illa, quæ Cyrillus refert, ita concepta sint ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed et conjecturæ nonnullæ ex nostra eorundem Actorum editione peti possunt, quibus idipsum ulterius confirmatur. Nam in eorundem cap. xii. hæc habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidie. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, et in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes*, et quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea, qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. xxv. hujus disputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille decoravit.* At vero in antecedentibus non legimus hæc unquam a Manete dicta fuisse. Quin et in cap. xxxviii. verba illa, *Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo*, et quæ sequuntur usque ad finem capituli, nullam cum præcedentibus connexionem ha-

bere videntur. [At vero ista cum iudicium dictis, quæ fine cap. 27 referuntur, aliquatenus conjungi videntur.] Denique in horum Actorum capite ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus, *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui ut superius diximus, eadem Acta compilavit, et in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio, quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat; nisi quis verba illa, *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum, qui Casinensem codicem ante quingentos et amplius annos exaravit, magna Actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum, multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis Actis suam Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum bibliothecarum perscrutator, eamque clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem et Sozomenum fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem ommissa; quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, apposito Græco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ Latinæ versiones, et quantum utilitatis ex illis redundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope

finem, sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphaniï aggressuri essent, aut qui Socratis historiæ cum notis doctissimi Valesii rursus edendæ operam susceperent. Et hætenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem Sacri Loci reverentia ductus, Casinum venissem, et ab antiquissimis temporibus conditam ibi a doctissimis æque ac sanctissimis cœnobiarchis bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum et amplius annorum codice reperi, quam bona reverendissimi quondam abbatis, nunc vero archiepiscopi Rossanensis Andreae Deodati viri humanissimi atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ bibliothecæ ornamentum transcribi curavi, operam favoremque suum humanissime præstante Domino Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis bibliothecæ illius præfecto. Non possum tamen hic silentio præterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattolæ a Cajeta humanitati debeam, qui nunquam meis votis defuit, plurimosque in meorum studiorum profectum labores ultro subivit, præsertim in emaculanda hac disputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos opere, ad nefariæ eorundem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed et Photii patriarchæ CP. libros iv. adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita, magnique facienda veterum auctorum scripta appendicis loco subjungere decreveram: sed doctissimorum virorum consilio factum est, ut in antecessum acta ista in primo collectionis nostræ tomo ederentur. Habes itaque, erudite lector, integram Archelai cum Manete disputationem bona fide ex apographo Casinensis codicis, quod in Vaticana bibliotheca servatur, editam, brevibusque notis criticis illustratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; sunt enim in eo codice librarii

sphalmata plurima, quæ sine alterius codicis ope emendare periculosum conatum esse, probe sciunt, qui in vetustis scriptis edendis occupantur. Sed fortasse hoc opus, Deo dante, correctius recudere fas erit cum aliis veterum scriptorum adversus Manichæos lucubrationibus ad calcem nostræ Manichæorum historiæ, si aliquod aliud exemplar inter lustrandum bibliothecarum nostrarum oculos occurrat, aut in aliis Europæ bibliothecis repertum, mihi communicare, eruditos viros non pigeat.

Cæterum magnum ex Archelai nostri verbis catholicæ fidei præsidium atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæresim validissimis argumentis oppugnat, ejusque originem atque incrementa consecatur, non modo eam funditus subvertit, et quam impios habuerit auctores, ostendit; sed et pleraque catholicorum dogmata illustrat atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab Apostolis, quam usque nunc servamus, ecclesiæ hierarchia, hisce verbis in cap. li. conceptus, *Sed et optimos architectos ei fundamentum nostrum, id est, ecclesiæ, Paulus posuit, et legem tradidit, ordinatis ministris, et presbyteris, et episcopis, in ea describens per loca singula, quo modo et qualiter oporteat ministros Dei, quales et qualiter fieri presbyteros, qualesque esse debeant, qui episcopatum desiderant, quæ omnia bene nobis et recte disposita, usque in hodiernum statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina.* Palmaria quoque sunt in hisce Actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adversus recentiores hæreticos adstruitur, ut videre est cap. xv. et xix. Pulcherrima sunt maximeque notanda verba illa cap. xxxii. ubi sic ait: *Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare &c. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, et in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum studiosi plura in hoc opere invenient seitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus, ubi de ejus-

dem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quousque Romani imperii limites Parthorum, seu Persarum ditionem versus, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras castra servabant; de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejusdem cap. lii. liv. et lv. Plura eruditi inter legendum observabunt, nos enim alio properamus.



[Deinceps hæc præfatus est ANDREAS GALLANDIUS, hujus Disputationis post Zacagnium Fabricium Mansiumque editor, in Prolegomenis tomii tertiæ *Bibliothecæ* suæ *Patrum*, cap. xvii. p. xlv.

Ne muneri nostro deesse omnino videamur, iis quæ Zacagnius huc usque satis diligenter edisseruit, addere nonnulla opportunum existimamus. Et primum quidem ad sedem Archelai episcopalem quod attinet, in aliam a Zacagnii sententia cum Lequienio V. C. abire libet (*Lequien. Or. Chr. tom. ii. pagg. 1002, et 1163*). Cascharorum enim, non Charrarum, ecclesiæ præfuisse Archelaum, non solum docent Acta disputationis quam sanctus ille præsul habuit cum Manete (*Archel. Act. cap. 1.*); sed testantur etiam Epiphanius (*Epiph. Hær. lxvi. num. 5. et 7.*), Socrates (*Socrat. Hist. Eccl. lib. i. cap. 22.*) et Photius (*Phot. lib. i. adv. Manich.*): ut propterea jure arguat doctissimus Assemanus (*Asseman. Bibl. Orient. tom. i. pag. 555.*) statuendum, in unico Actorum loco (*Archel. Act. cap. iii.*) librorum potius errore *Charram* scriptum fuisse, quam existimandum mendosam esse lectionem *Caschar* initio eorundem Actorum, et apud modo laudatos præstantes auctores, Epiphanium, Socratem et Photium. Atque hæc plane diversa est a Charris sive Haran, provinciæ Osrhoenes civitate altera haud procul ab Euphrate posita: nec longe abest Babylone et Seleucia, non Amidensi metropolitæ subiecta, sed proxime Seleuciensi catholico, ut constat ex pontificali Chaldæorum apud Morinum (*Morin. de Sac. Ordin.*)

et Assemanum (*Assem. l. c.*) ; ubi jubetur, *ut statim ab obitu catholici, mittatur ad episcopum Caschar, si in vivis est, ut pote principem primariumque præsulem patriarchalis provinciæ, qui dexteram patriarchæ tenet, custosque illius sedis est post ejus obitum.* Quod nimirum accipiendum, ex quo Caschar sub Sapore rege in Persarum potestatem venit. Probo enim imperante Romanæ ditionis erat, quo tempore Manes e Persidis finibus fugiens, in Cascharorum pago quem Diodoridem appellabant (*Archel. Act. cap. xxxix.*), congressum illum de religione habuit cum Archelao. Hæc ferme Lequienius.

Porro eandem sententiam de Cascharensi Archelai sede pluribus nuper comprobavit V. C. Augustinus Antonius Georgius Eremita Augustinianus in præstanti opere quod *Alphabetum Tibetanum* inscripsit ; ubi etiam, quod rei caput est, Actorum ejusdem Archelai sinceritatem adversus Beausobrium luculenter evicit, suam his verbis disputationem concludens (*Georg. Alphab. Tibet. pag. 363. edit. Rom. 1762. 4.*) : *Teneamus CASCHAR in Mesopotamia Kathajæ : et ecce vinculum, dum datæ fidei memor esse velit Beausobrius, quo arcte constringitur ad Acta sancti episcopi Archelai tamquam pretiosa Christianæ antiquitatis monumenta amplectenda ; quæ tamen paullo ante lacerabat.* Nimirum ad ea respicit auctor, quæ habet Beausobrius in hæc verba (*Beausobr. Hist. de Manich. et du Manich. tom. i. pagg. 191, 192.*) : “ J’ai bien prouvé que la dispute n’a point été en “ Mésopotamie. Mais si nous la plaçons dans le Tur- “ questan, elle pourra se soutenir. C’est là que l’héré- “ siarque se retire, selon les Orientaux ; qu’il y a une “ Cascar qui n’est point soumise aux Perses, et où il “ pourra plaider sa cause en toute sûreté. C’est là qu’il y “ a des Chrétiens, des évêques, qui ne peuvent manquer “ de s’élever contre un hérétique, qui détruit les principaux “ articles de la foi Chrétienne..... Je n’y avois pas pensé. “ Il faut rétablir cette dispute, que j’ai tant attaquée. Il “ n’y a qu’à la bien placer Donnons au lecteur l’édifi- “ cation de voir, qu’une histoire si ancienne est véritable “ dans le fond.” Ceterum eo ipso anno quo prodit Alpha-

betum Tibetanum, vir alter eruditissimus eorundem Actorum integritatem contra præfatum Beausobrium strenue propugnasse comperitur (*Travasa*, Stor. crit. delle Vite degli Eres. tom. v. pag. 215, et seqq.).

Illud præterea cum viro docto animadvertere interest, §. iii. illius fragmenti Actorum disputationis Archelai, quod ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi vi. desumptum iisdem Actis subjicitur, Hierosolymitano potius episcopo quam Cascharensi esse fortasse tribuendum. Sic enim ille (*Toutée* ad opp. S. Cyrilli Hieros. p. 105) : “ Tametsi hæc, inquit, ab initio paragraphi iii. usque ad finem, Archelai verbis Cyrillus dicere videatur ; quum ibi subjiciat, *Hujusmodi aliisque pluribus dictis evertebatur draco : talibus Archelaus Manem conflictationibus prosternebat* ; unde Zacagnius hæc omnia ad calcem disputationis Archelai tamquam partem ejus veram appinxit : nihilominus in hoc loco Archelai verba desinere, et cetera, ab his verbis, *Si autem* &c. usque ad finem, a Cyrillo parenthesis vice, Archelai rationibus adjecta censemus. Saltem dubitari non potest quin verba ταῦτα τὰ μυστήρια inferius posita, Cyrilli sint non Archelai, duabus rationibus quæ omne punctum adferunt. I. enim ait, mysteria quæ nunc audienti e catechumenorum sorte egresso exponit, licitum non esse Gentilibus aperire ; atque in his mysteriis nominat sanctissimæ Trinitatis doctrinam. Atqui ut hæc apprime conveniunt Cyrilli auditoribus, e catechumenorum statu in fidelium nomen ac gradum translatis, *Catech.* v. §. 1. quibus mysterium Trinitatis *Catech.* iv. planissime aperuerat ; ita non conveniunt Maneti, qui Cyrillo teste *Catech.* vi. §. 21. neque Christianus unquam, neque ab ecclesia rejectus fuerat, nedum catechumenus aut catechumenorum gradum supergressus, atque ita ecclesiæ filius factus esset, *Pro-catech.* §. xiii. Nam catechumenos re vera ab ecclesia rejici probat Lucifer, qui in libro *De non conveniendo* &c. Constantium imperatorem vocat *hominem excisum e corpore sanctæ ecclesiæ*.

“ Ait. II. quæ nunc mysteria sine involucris exponit, nefas esse coram gentilibus proloqui. Atque in Genti-

" lium auditorio loquebatur Archelaus, ut ex §. i. fragmenti
 " Cyrilliani colligitur. Illi igitur affingetur contradicens
 " oratio, qua neget se coram ethnicis loqui, quos tamen
 " disceptationis iudices habeat; affirmetque se ea mysteria
 " explicare, de quibus quæstio nulla erat. Quum itaque
 " verba, ταῦτα τὰ μυστήρια, certissime sint Cyrilli, eaque
 " cum superioribus necessaria connexionem devinciantur; ne-
 " cessario parenthesis initium in hoc loco collocavimus.
 " Nec morari nos debet parenthesis longitudo: nam digres-
 " siones et parentheses longiores Cyrillo non inusitatæ.
 " Vid. *Catech.* xvi. §. 14, *Hom. in Paral.* §. viii. usque ad xi.
 " Præterea hæc unius Scripturæ loci secundum diversas
 " sententias explicationes, ejus sunt ingenii, ut videre est
 " *Catech.* xvii. §§. 9 et 10, *Catech.* xiii. §. 21, cet. Demum
 " quam postremo loco tradit hujus loci interpretationem,
 " nempe infirmos oculos veritatum, quas capere non pos-
 " sunt, fulgore obtundi, continetur in ea ratione quam red-
 " didit *Procatech.* §. xii. cur catechumenis mysteria celen-
 " tur; quia videlicet noceret ipsis rerum quas nondum
 " capere possunt, cognitio." Hactenus vir ille doctus.

Restituimus varias in primis lectiones, quas ad capita
 li—lv. Disputationis Archelai cum Manete, ex Regio-
 Alexandrino codice descriptas ad suæ editionis calcem re-
 jecit Zacagnius, hac præfatiuncula usus (*Collect. Monu-*
ment. vet. pag. 709): " Quum post editam, inquit, Archelai
 " disputationem inter Regio-Alexandrinos Vaticanæ biblio-
 " thecæ codices reperissem apographum cujusdam vetusti
 " codicis, qui olim ad monasterium sancti Salvii, Ambia-
 " nensis fortasse episcopi et martyris, pertinuit; et in eo
 " codice una cum sancti Augustini Commonitorio adversus
 " Manichæos inter ejusdem epistolæ edito, haberentur
 " excerpta quædam ex Actis disputationis Archelai a
 " cap. li. usque ad cap. lv. operæ pretium censeo varias ex
 " eodem apographo lectiones edere, quum ipsorum ope
 " quædam Archelai loca restituantur." Hæc ille. Ejus-
 modi autem varias lectiones, haud sane contemnendas,
 aliud agens præterit Fabricius, vir cetera diligens, in suo
Spicilegio sanctorum Patrum sæculi III. operum Hippoly-

teorum adnexo: at illas scite intexuit reliquis editoris notis doctissimus auctor Supplementi ad Concilia Veneto-Labbeana (*Mansi* Supplem. ad Concil. tom. i. pagg. 113, seq.). (*Var. Lectt. circiter 50. tantum.*) Præterea fragmentum Disputationis Archelai ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi vi. desumptum atque iisdem Actis sub finem adjectum, contulimus cum novissima editione Parisiensi BB. Cyrilliana, versionemque recensuimus, et cl. editoris notas subjecimus.

Hæc GALLANDIUS. Cum vero Fabricius in *Bibliothecæ Græcæ*, vol. vii. pag. 276. ed. novæ, scripsisset, colligere Zacagnium, in epitomen redegissee Archelai Acta Hegemonium, atque illius modo Epitomes Latinam veterem versionem ad nos pervenisse, inde quod in hæc non legantur, quæ ex Archelai disceptatione cum Manete profert Cyrillus Hieros. et quod duobus locis auctor horum Actorum ab Archelao se distinguat ac diversum innuit; ea quæ sequuntur, cel. Keilius notavit ad Fabricianum opus. “His
“ipsis,” inquit, “aliisque pluribus de causis omnem Acto-
“rum fidem atque auctoritatem infringere studuit Beausobr.
“*Histoir. de Manich.* lib. i. cap. xii. et xiii. p. 129, sq. et
“*Bibl. Germ.* t. xlii. p. 34, sq. qui narrationem istam fa-
“bulam esse judicat, quarto sec. a Græculo quodam ex
“veris partim fietisque rumoribus, partim ex ingenio etiam
“contextam; cujus sententiæ ut fautores nactus est Lard-
“ner. qui (*De Fide Hist. Evang.* p. 375, sq. ed. Germ.) novis
“adeo eam argumentis confirmare studuit, Baumgartenium
“in *Nachr. von merkw. Buch.* vol. ii. p. 444. atque Sem-
“lerum in *Introduct. ad Polem. Baumgart.* t. i. p. 270. alios-
“que plures, ita adversarios etiam habuit Aug. Ant.
“Georgium in *Alphab. Tibet.* pag. 342, sq. et in *Præf.*
“part. i. præmissa pag. xli. atque Travasam in *Stor. Crit.*
“*delle Vite degli Eres.* t. v. p. 215, sq. Mediam vero inter
“utrosque viam, quam Moshemius ex parte jam præiverat
“in *Comment. de rebus Christ. ante Constant. M.* pag. 729.
“ingressus est Chr. Guil. Franc. Walchius in *Histor. der.*

“ *Kezerey*, vol. i. pag. 718, sq. dum disputationem quidem
 “ aliquam ab Archelao cum Manete habitam fuisse, hæc
 “ vero acta pro genuinis disputationis illius actis minime
 “ habenda esse defendit.” Hæc Keilius, qui ad pag. quo-
 que 324. ejusd. *Biblioth. Fabric.* addidit, Beausobrii senten-
 tiam de horum Actorum *νοθεία* multis refellere studuisse
 Petr. Thom. Cacciari in *Exercitationibus in univ. S. Leonis*
M. Opera, de hæc. Manich. lib. i. cap. xiii. pag. 90, sq. quem
 librum dolere se ait Keilius serius demum ad manus suas
 pervenisse, quam ut eo in superioribus uti potuisset. Porro
 Beausobrii argumentis cum plurimos alios scriptores, tum
 novissime auctorem *Dictionarii de Hæresibus* Gallice scripti
 ad verbum *Manis* egregie oppugnasse refert Saccarellus in
Hist. Eccles. Tom. iv. pag. 145. Romæ anno 1755 typis
 impressi. Ipsa vero Moshemii verba, ad quæ digitum in-
 tendit cl. Keilius, huc afferre mihi visum est. “ — Satis
 “ quidem Beausobrius luculenter ostendit, esse quædam in
 “ his Actis, de quorum veritate jure optimo dubites: at
 “ non, opinor, testatum fecit, numquam ejusmodi Archelai
 “ et Manetis disputationem contigisse. Certe hoc neque
 “ ex erroribus nonnullis historicis, quos scriptor sive ad-
 “ misit, sive admisisse videtur, neque ex veterum et recen-
 “ tiorum quorundam de his Actis silentio firmiter effici
 “ potest. Majora vero non habet vir doctissimus argu-
 “ menta, qui excellenti quidem ingenio præditus, verum
 “ justo proclivior erat ad veterum scriptorum Christianorum
 “ fidem infirmandam, et conjecturis suis nimis sæpe fidebat.
 “ Quidquid id est, magnæ tamen antiquitatis commenda-
 “ tionem hæc *Acta* habent, et quod nec ipse adversarius
 “ eorum diffiteri velit, multa continent, aut valde proba-
 “ bilia, aut vero consentientia.” Hucusque Moshemius.
 In ista interea est sententia Assemanus *Biblioth. Orient.*
 tom. i. p. 556. “ Photius cod. 85, testatur Hegemonium
 “ quendam Disputationem Archelai adversus Manetem
 “ perscripsisse. Quibus verbis hoc tantum significatur,
 “ Archelaum Disputationem fecisse, et Hegemonium literis
 “ consignasse.” Sed hunc Hegemonium Cavius censuerat
 Archelai Syro sermone sua componentis Græcum inter-

pretem fuisse, haud tamen consentiente, ut supra ostendi p. 7, cl. Morrisio. Hic porro addere velim ego, etiamsi fingas, quæ verba ab Archelao et Turbone Maneti attribuantur, illa haud semper ex ore ejus prolata fuisse; confiteri tamen ipsum Lardnerum, qui supra nominatus est, hanc Archelai Disputationem vel sub finem sæculi tertii vel ineunte quarto esse conscriptam. Dixerim ex aliquibus Archelai commentariis Græce compositum librum videri; dum in cap. 39, refert Archelaus se auctore Marcello disputationem suam cum Manete excepisse atque descripsisse. Confer et cap. 41. Caschar denique, quæ urbs Mesopotamiæ censetur in finibus Babylonis sita, Archelai sedem fuisse; non Charras ejusdem Mesopotamiæ urbem celebrem, reperias expositum non tantum apud Assemanum Zacagnio et Cavio de hac re contradicentem, sed et apud Mamachium *Orig. et Antiquit. Christianis*, tom. ii. lib. ii. cap. 4, p. 95, et Paulinum a S. Bartholomæo *India Orientali* pag. 4—10.]

TESTIMONIA VETERUM

DE HAC ARCHELAI DISPUTATIONE,

A ZACAGNIO COLLECTA.

SANCTUS Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi vi. p. 145, ex edit. Prevotii Græco-Latina, (p. 104. ed. Touttei,) Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὄπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι, Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος &c. *Fugit e carcere (Manes) et in Mesopotamiam venit; verum obstitit ei armis justitiæ Archelaus episcopus, et sub philosophis eum judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne si Christiani judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus, &c. ut infra p. 102, hujus tomi, (fine Disputationis) quibus absolutis, statim subdit, Τοιοῦτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέ-*

πετο ὁ δράκων, τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαιε τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. φεύγει πάλιν, καὶ ἐντεῦθεν, ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγὼν, καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν, τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὐᾶ προσελθόντα· ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως ὁρομαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπέεγγο ζήτησιν. Μάνης δὲ ἰδὼν ἐξαίφνης τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε, καὶ ἔφυγεν. *Talibus alius-que pluribus sermonibus evertebatur draco, talibus Archelaus conflictionibus Manem prostravit. Iterum idem fugit et hinc, qui de carcere aufugerat; et elapsus adversario, venit ad vilissimum quendam pagum, ad instar serpentis, qui relicto Adam in paradiso, ad Evam accessit. Sed bonus pastor Archelaus, ovium saluti providens, audita fuga, cursu citato, ad lupum requirendum festinat. Manes autem statim atque adversarium conspexit, exiit inde, atque aufugit.*

S. Epiphanius in hæresi lxvi. num. 7. post allatam Manetis ad Marcellum epistolam, hæc habet, Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πολέως ἐπίσκοπον οἴκαδε ἅμα αὐτῷ συνείναι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ἣ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίου μετὰ χεῖρας εἴληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος. ὁ δὲ Ἀρχέλαος γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας, ὡσπερ λέων ὠρῳόμενος, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν, ἐπειράτο ὀρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρῳασθαι τὸν τοιοῦτον, ὡς ἐπλύτον ἐκ βαρβάρων, ὅθεν καὶ ὠρῳᾶτο, πρὸς ἀφανισμόν τῶν υἰῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα. *Ac tum forte contigit, ut eodem die, quo illam a Manicheo epistolam Dei servus accepit, Archelaus urbis episcopus una cum illo domi esset. Qui re omni perspecta, dentibus fremens, rugientis leonis instar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potius proficisci cupiebat, hominemque e Barbaris, unde is ortus erat, adveniensem, et ad humani generis perniciem insurgentem capere.* Et paulo post num. viii. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ τὸν λόγον, καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὡσπερ πάρδαλι, ἢ λύκον, ἢ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας, θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα τοιοῦτου θηρὸς, ἐφ' ὁδοῦ τὴν εἴσοδον κατανοῶν. *At Archelaus episcopus præter doctrinam,*

fidei insuper ardore præditus, author erat, ut, si fieri posset, homo ille, pardi instar, ac lupi, vel cujusvis alterius bestiae, interceptus, morti traderetur, ne ejusmodi feræ incursione pecora læderentur, cum illius ingressum cognosceret. [At vero conferri cum his debent, quæ de Archelao et Manete in Disputationis cap. 55. narrantur. Immo Archelaus cap. 39. Manetis vitæ parcendum esse monet.] Et infra post enumeratos a Turbone Manetis errores num. x. Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, καὶ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχέλαου εἰς τὴν ἀντιβολίην τοῦ ζητήματος, ἐτοιμότατος ὑπάρχων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν προευντεθείκετο παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκῶς τῆς περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδοὺ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ' ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἀνδρῶν. ἕξ αὐτῆς οὖν, καὶ εὐθὺς παρέρχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Κασχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολίην τοῦ ζητήματος αἰρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς Μάρσιπόν τινα ὄνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστὴν· καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἕξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὀπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιρούντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας, τὸ πέρασ τὸ ἦττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. *Hæc igitur cum ita se haberent, et Archelaus penitus omnia cognosset, ut de quæstione illa disputare posset; cumque ad id esset instructissimus, partim quod a multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim quod a Tyrbone perdoctus ante fuerat, et omnes nefarii hominis præstigias accurate didicerat; ecce tibi cum suorum comitatu Manes accessit. Quare subinde, nulla interjecta mora, publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marsipum quendam, et Claudium, et Ægialeum, et Cleobulum, quorum primus ethnicae sapientiae, secundus medicinae professor, tertius grammaticus, postremus erat sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque jactata sunt; cum hinc Manes fabulas suas proponeret, inde Archelaus, velut*

egregius miles, adversarii tela vi sua ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de iudicium sententia veritati victoria cessit. Et post pauca num. xi. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας &c. ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τινὰ τῆς Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ἣ Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπέιληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ. Secundum hæc Manes fuga sibi consuluit &c. Inde igitur discedens Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit: ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter. Ad hunc Manes divertens, rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, et excellenti pietate præditum, sed orationis præsidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit. Et post pauca: Ἐντεῦθεν πάλιν βουλευθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ &c. Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congregari vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per litteras Archelao significat. Et post pauca; Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τῷ Μάνη, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμαρην· ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθρῆαίτερον, προσκαλούμενος ἐν τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἤκειν. καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένον, ἀποκριθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἔπος ᾧ ἤτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἡρέμα πως· ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδολάζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχελάος ὡσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παρρησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχελάον, ὑποκοριστικῶς κατ' ὑπόκρισιν ἔφη· ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν ἐπίσκοπον· ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν. τῶν δὲ ὑπ' ἐκεῖνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὐθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε,

μηκέτι δυνάμενον διαῖρειν στόμα. οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι. ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δῆμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν ἀφίκται. *Archelaus his acceptis literis, duos ad eum libros mittit, quos in promptu, facillique comprehenderet, contra Manem conscriptos. Caterum ut adventum suum præstolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens, Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum se stitisset, et ad omnia, quæ quæsierat, singillatim pro ea, quam a Deo acceperat, sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitare, apud se nonnihil hæsitans; repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias, suorumque studiosissimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia; Sine me, inquit, cum Tryphone contendere; tu enim me, cum sis episcopus, dignitate superas. Archelaus vero, ex eo, quod jam illius dogma confutatum erat, multo, quam verbis exprimi posset, simulandi callidiorum esse docuit, osque illi prorsus ocllusit. Tum quæ ab illo proposita fuerant dissolvens, novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub hæc populus, ardentibus rursus animis, scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.*

Notandum tamen est, Epiphanium perperam Tryphonem vocare presbyterum illum, qui cum Manete disputavit; nam in Actis disputationis Archelai, a nobis primum editis, Diodorus diserte appellatur.

Idem Epiph. num. xxi. Ἦδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιρήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποιήνται. Ἀρχελάφ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται. *Jam a magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editæ, velut ab Archelao episcopo, ut antea dictum est. Et num. xxv. Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἀρμοττόντως τὸ αὐτοῦ φρόνημα ἀπὸ τῶν Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογία, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβων, εἰς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, περὶ οὗ ἄνω ἐπεμνήσθην. ἐπερωτησάντων τοῖνυν τῶν περὶ Ἀρχελάου τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Μάρκελλον, Τύρβωνα περὶ τῆς τοῦ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο λέγων,*

ἄτινα ἐκ τοῦ βιβλίου παρεθέμην, καὶ ἔστιν τάδε. *Sed nunc illius dogma ad verbum, uti consentaneum est, adscribam, ex Archelai opere, quod adversus eundem illum edidit, ex iis quæ a Tyrbone discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum Archelaus episcopus, et Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogassent, hæc ille ipsa respondit, quæ nos ex eo libro descripsimus, suntque ejusmodi.* Sequuntur excerpta ex Actis disputationis Archelai cum Manete, quæ Græce et Latine habentur in editione nostra cap. vii.

Idem Auctor in libro de Mensuris et Ponderibus num. xx. iterum meminit Archelai, ejusque disputationis cum Manete.

Sanctus Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. lxxii. *Archelaus episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ, quam habuit adversus Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit; qui translatus in Græcum, habetur a multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano et Tacito successerat.*

Heraclianus Chalcedonensis episcopus in libris adversus Manichæos, apud Photium in bibliotheca codice xcvi. (LXXXV.) Ἀνατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς θησαυροὺς. Καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιον τε τὸν τὰς Ἀρχελαίου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα· καὶ Τίτον &c. *Evertit vero id, quod Manichæi appellant Evangelium, et Giganteum librum, atque Thesaurus. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirum, qui disputationem Archelai adversus ipsum Manetem perscripsit; et Titum &c.*

Socrates lib. i. Hist. Eccles. cap. 22. post absolutam Manetis historiam, sic inquit, Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διαλόγου Ἀρχελαίου τοῦ ἐπισκόπου Κασχάρων, μῖα τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν. αὐτὸς γὰρ Ἀρχελαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησὶ καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ἐκτίθεται. *Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus; sed ex disputatione quadam Archelai*

Cascharorum urbis in Mesopotamia episcopi, a nobis lecta, excerptissimus. Hic enim Archelaus ait, se cum Manichæo ipso disputasse, et ea, quæ superius a nobis relata sunt de illius vita commemorat.

Petrus Siculus in Historia Manichæorum pag. 25. 35. et 37. (edit. Raderi) ea cuncta ad verbum refert, quæ supra ex Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio de Mensuris et Ponderibus, et ex Socratis Historia Ecclesiastica, de Archelao, ejusque cum Manete disputatione modo retulimus.

Photius patriarcha Constantinopolitanus [qui nunc extat editus, ut monuit Gallandius, in Biblioth. Coislin. Montfauc. p. 356.] in libro i. adversus Manichæos suis temporibus repullulantes, hæc habet, Φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. ὁ δὲ τῶν Χαρχάρων ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερός, καὶ περὶ λόγους τοὺς τε θελοῦς, καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξις, Ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξη, Χριστιανῶν κρινόντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἢ ἀλήθεια, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατήσχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν τρισαλιτήριοι, ὡς αὐτίκα τε καταφυγεῖν ἐκέιθεν, καὶ μηδὲ φῆν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα· ἀλλ' ἐκέιθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κόμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλλειν ἐμηχανάτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκείου δυσσέβημα. ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνεβράθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιστάμενον. *E carcere fugiens (Manes) Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ zizania iterum spargere cœpit. At Carcharorum episcopus, cui nomen Archelaus, vir sacer, et multa in sermonibus de divinis humanisque rebus dexteritate præditus, coacto ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoriam, judicium favore, cessisse videretur, usque adeo miserrimum illum redarguit, tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, et ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens Manes, ad vilissimum quoddam*

oppidum pervenit, ibique rursus fovere, atque evulgare suam impietatem machinabatur; sed acerrimus pietatis propugnator, et revera pastor Archelaus, qui sedulam ovium curam gerebat, eundem lupo scæviorē in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit. Et infra, 'Ο μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἕξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιανοῦ, οἱ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγῶν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἅ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρήλθεν ἄνωθεν) καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγωνῶς, ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελαίου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερός ἀνὴρ Ἐφορος ἦν, πολλοὺς μὲν, καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διοδωρίδα Καρχάρων κόμην παραδύεται. ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχῶν, τὰ ἴσα ὑπέστη· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός γε ὁ Ἀρχελαίος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθῶν, ὄξυς γὰρ ἦν, καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνου ἀμηχανίας, καὶ ἦν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς [f.ώς] αὐτοῦ τὰ μυστὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὔτιθη πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι. *Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor nono anno Valeriani, et Galieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Persarum carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus in narrationis serie superius prætermissa recenseamus) cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Inde ob ignominiam, quam ex necopinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem (male, vocabatur enim Diodorus) quendam sacrum probatumque virum, et in presbyterii gradu positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin et ipse Archelaus Manetem illum advenisse cognoscens, erat enim vir acer, et pietatis zelo succensus, ad idem oppidum accessit, et deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, et confusione, quam maxime vitabat,*

perfusum, iterum iis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, et cunctis deridenda atque detestanda proposuit, fugam arripere coëgit.

[*Auctor Anonymus libelli Synodici c. xxviii. qui, sicut testis proxime post productus, a FABRICIO additus est.*

Σύνοδος θεῖα καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὑπὸ Ἀρχελαίου ἐπισκόπου Καρχάρων καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδου καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου, ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε. *Synodus divina et sacra particularis collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo et Diodoro sacerdote contra Manem infernalem et Diodoriadem presbyterum, quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.*

Historia Hæreseos Manichæorum, e Codice Regio Taurinensi.

^aScythianus quidam fuit ex genere Saracenorum, a quo hæresis Manichæorum orta est, qui adversus veram rectamque fidem quatuor libros conscripsit, quorum unum vocavit mysterium, secundum capitulorum, tertium evangelium, quartum vero thesaurum appellavit, et habuit discipulum nomine Terebintus, qui discipulus, mortuo Scythiano, ^bsumens memoratos quatuor libros, nec non et pecuniam non parvam, quoniam ^cfuit Scythianus valde ditissimus erat. Ergo, ut memorabimus, Terebintus devenit in Persida, et a quadam vidua solitaria susceptus est, quæ sola secreta ejus scire potuit. Hic elatione tumidus dicebat se de virgine natum, et ab Angelo in montibus enutritum, qui etiam, mutato sibi nomine, Buddam se pro Terebinto appellavit. Sed cum quadam die in solarario ascenderet, ab immundo spiritu exinde dejectus, repente spiritum reddidit. [De Terebintho extat plus aliquid hujusmodi in *Eclogis Eccles.* p. 93. a cl. Joanne Cramer nuper editis.] Tum vidua, quæ eum susceperat, pro morte ejus pecuniæ cupiditate gavisâ puerum sibi pro senectutis

^a MS. Scitianus.

^b sumetat.

^c hoc fuit delendum esse arbitror.

solatio ^d comparavit, nomine Curbitius, quem et litteris non mediocribus erudivit; post cujus mortem non solum libros, quos Terebintus reliquerat, sed et pecuniam ^e Curbicii sumens, Trembi ^f discipulos adquisivit, quorum unus Thomas, alius Abda, tertius est Hermas. Hos ad prædicandum libros, quos Scythianus conscripserat, mittebat, ^g quibus plurimæ provinciæ in memorata secta irretitæ sunt. Tamen et ipse Curbicius post mortem viduæ, immutato sibi nomine Manen se pro ^h Curbicio nuncupavit, qui aliquando a rege Persarum comprehensus, tali sententia damnatus est, ut hircorum more discoriatus, uter ejus ad portam penderet, carnes vero ejus volucris cæli ad escam proficerent. Hæc ita esse melius nosse cupientes Archelaum legant.

Addidit hos auctores FABRICIUS, Rufinum ego, quatenus Manetis, seu Manichæi, dogmata sic exponentem in Commentario suo in *Symbolum*. Concilium vanitatis est, quod docet Manichæus, primo quod seipsum Paracletum nominavit: tum deinde quod mundum a malo factum dicit; Deum creatorem negat; Testamentum Vetus repudiat; unam bonam, aliam malam naturam sibi invicem asserit; cœternas animas hominum secundum Pythagoreos in pecudes et animalia et bestias redire per diversos nascendi circulos astruit; resurrectionem carnis nostræ negat; passionem Domini et nativitatem non in veritate carnis, sed in phantasiis fuisse confirmat, pag. 189, edit. Paris.]

Petrus Lambecius lib. iii. Bibliothecæ Cæsareæ codice XL. ait in eo codice contineri anonymi cujusdam auctoris epitomen expositionis variorum Sanctorum Patrum, aliorumque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum, in Evangelia secundum Matthæum, Lucam, et Joannem, et subdit, *Cæterum quod ad auctores antiquos in margine ibi annotatos, ex quorum operibus epitome ista collecta est, attinet, ii ordine alphabetico sunt hi, Apollinaris episcopus Laodicensis, S. Archelaus Cascharæ in Mesopotamia episcopus &c.* [Hoc Archelai Fragmentum, quod ad Disputationis cal-

^d MS. comparabit.

^e [for. Curbicius.]

^f Videtur legendum tres.

^g MS. per quibus.

^h MS. Curbicium.

cem posui, ex illo codice MS. proferre mihi olim licuit, cum ipsum et alia nondum edita exeunte sæculo novissimo jussu nobilissimi bibliothecarii in usum meum descripta essent.]

Ex recentioribus de Archelao scribunt Ludovicus Ellies du Pin in nova Ecclesiasticorum Scriptorum Bibliotheca, et Gulielmus Cave in Ecclesiasticorum Scriptorum Historia literaria.

A C T A.

DISPUTATIONIS ARCHELAI EPISCOPI MESOPOTAMIÆ,

(QUI FLORUIT CIRCITER AN. CHRISTI 278.)

ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

[*Vet. Latina Interpretatio.*]

THESAURUS verus, sive disputatio habita in^a Carchar civitate Mesopotamiæ, judicantibus^b Manippo, et Ægialeo, et Claudio, et Cleobolo. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita, et studiis, et genere, prudentia quoque, et honestate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copiosus, et quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, et his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans, nec quicquam omnino boni erat, quod illi viro deesset; unde et honore plurimo ab universa civitate colebatur,

ZACAGNII NOTÆ.

^a Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Carchar*, aut *Caschar*, ut Epiphanius habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao. [At vide, quæ opposita sunt pp. 130. 131. 134.]

^b *Μάρσιππος* vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum num. 10.

plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius, quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat; ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus, qui ibi castra servabant, septem millia numero, et septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur; qui cum dissimulare non posset, pro religione et timore Dei vehementer æstuabat, et tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque poposcissent qui deduxerant vinctos, et continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo, nec discretione ulla ^c distinguit, ut magis dona, quam pretia viderentur. At illi admirati et amplexi tam immensam viri pietatem, munificentiamque, et facti stupore permoti, exemplo misericordiae ^d commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi, ^e derelicto mi-

^c Forte, *distribuit*.

^d Forte, *commoventur*.

^e Abhorruisse a militia Christianos primitivæ ecclesiæ, ne Paganorum commercio, atque superstitionibus macularentur, notius est ex Tertulliano de Corona Militis cap. 11. quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, et*

litiae cingulo; alii vero, vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra discederent; cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, et accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi Patrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem, per annos singulos extra urbem egressi, una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli, et invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore, ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, et gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, et vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis, et importunus somnus obrepit; et cervicibus degravatis ac laxis, ^fdemerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio

quem Petrus catechizat; dum tamen suscepta fide, atque signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit. Concilium Nicænum can. 12. Quicumque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent, et beneficiis militiam repeterent, hi decem annis post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Vide Lupum et Beveregium in eundem canonem.

^f Forte, dimisso.

pœnas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut aestimo, putantes nos pro insidiis consedissee, aut omnino usum vel studium habere præliorum; et nulla conventus nostri causa penitus explorata, bellum nobis denunciant, non sermone, sed gladio, et homines, qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia [§]missilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilium verberibus stimulos, et equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi, plurimi vero ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatae insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboribus, ac resoluta per inedia, corruerat in terram. Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tanquam voluptate aliqua, fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent, in aliis sitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis post terga oculis, expirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis, cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, illæ vero prædonum acerbitatibus agi-

§ Barbara vox pro *missilibus*.

tatae, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent: quarum si quae tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis praesumpserunt; si quae vero habere aliquid tolerantiae potuerunt, captivae huc usque perductae sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post haec jam quid gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos et tam varios casus; sed nihil moratus, cibos praeparat, fatigatis per semetipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum ^hAbraham patriarcham, qui quondam angelis a se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet praeparatos cibos propriis manibus angelis apposuit. Simili et Marcellus functus officio, denos praecipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus extractis mensis, cum ingenti laetitia reficiebat universos, ita ut qui superesse potuerant oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transigeretur dies, Marcello cuncta affatim ¹ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, praeter eos, quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela, ad sua caeteros abire praecipit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia; cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremptorum, et omnia quaecunque invenire

^h Genes. xviii.

¹ [for. ministranti.]

potuit, ut dignum erat, tradidit sepulturæ: quo munere impleto, ad ^hCharram rediit, atque exinde recuperata sanitate vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit: per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi, atque cognoscendi viri cupiditate flagrant, et maximè hi, quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed et viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, nec non et orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum et pauperum hospitium dicebatur: super omnia vero hæc, fidei curam egregie ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. ⁱIgitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam, qui ad se hujusmodi viri opinione perlata, plurima secum ipseolvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse

^h Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

ⁱ Hinc incipit pars hujus operis edita a Valesio ex codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur.

Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an litteris eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne forte improvise et subito ingressu malum sibi aliquod nasceretur; ad ultimum versutioribus consiliis parens, scribere decrevit: accitumque unum ex discipulis, ^kTurbonem nomine, qui per Addam fuerat instructus, tradita epistola, abire jubet, ac perferre Marcello; ^lquique acceptam eam huic, cui a Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris, et molestiæ pertulit: si quando enim ^mveluti peregrinans ad hospitium pervenisset, ⁿquæ quidem diversoria hos-

^k Codex Bobiensis legit, *Adda Turbonem*. Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi inficiendum Manes demandavit, ut infra cap. 11. dicitur.

^l Codex Bobiensis, *quippe*, mala lectio.

^m Idem codex, *ad vesperam veluti peregrinus*.

ⁿ Idem codex, *quæ quidem ipsa diversoria*. Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ ecclesiæ fideles, Pauli præcepto in epistola ad Hebræos cap. xiii. vers. 1. obsecuti. Tertullianus de Præscriptionibus adversus Hæreses cap. 20. *Sic omnes* (ecclesiæ videlicet) *prima et apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio*. Nota sunt, quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed et quod de diversoriis atque hospitiiis, per regias vias in Persidem ducentes, a Marcello constructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme a Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc ad Chris-

pitalissimus Marcellus instruxerat, cum a servatoribus hospitorum interrogaretur, unde, et quis, vel a quo missus esset, aiebat, sum quidem ° Mesopotamensis, de Persida autem venio, a Manichæo magistro Christianorum missus. At illi pignotum sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsi hospitibus detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus, atque hospitibus præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare literas indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus literas resolvit, ac legit, præsentem Archelao civitatis episcopo, quarum exemplum hoc est.

Μανιχαῖος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ

<p>¶ <i>Manichæus Apostolus Jesu Christi, et qui mecum sunt omnes sancti, et virgines, Marcello filio carissimo</i></p>	<p><i>gratia, misericordia, pax a Deo patre, et Domino nostro Jesu Christo, et dextera lucis conservet te a</i></p>
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

tianorum imitationem diversoria et hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut Gentilium superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de Literis Canonicis cap. 5. et seqq. et Thomasinum de Tesseris hospitalitatis cap. 26.

° Codex Bob. *Mesopotamenus*.

p Codex Bob. *ignoratum*.

¶ Hanc epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum hæresi n. 6. ex quo græca desumptus.

φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος
 πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγί-
 δων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθη-
 θεῖς, λίαν ἐχάρην· τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν
 ὀρθὸν λόγον ἠχθέσθην· ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ
 τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεῖς, φειδόμενός τε τῶν
 ἀπάτη καὶ πλάνη ἐαυτοῦς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ
 γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἠγγησάμην ἀποστεῖλαι·
 πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς,
 ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων, *πρὸς τὸ μὴ
 ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμόν, ὡς οἱ τῶν ἀπλου-
 στέρων καθηγέμονες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν

*præsenti seculo malo, et ^ra
 ruina ejus, et a laqueis ma-
 ligni.*

Dilectionem quidem tuam
 immensam sentiens, vehe-
 menter gavisus sum, fides
 vero, quia non sit ^sjuxta te
 recta ratione, moleste tuli;
 propter quod ad emendationem
 generis humani ^tmissus
 sum, et subveniens his, qui
 se seductionibus, atque er-

roribus tradiderunt, hæc
^uscripta ad te necessarium
 duxi transmittere; primo
 quidem ad salutem animæ
 tuæ, deinde et eorum qui
 tecum sunt; ^xuti ne indis-
 cretos animos geras, sicut
 simpliciorum ^ymagistri do-
 cent dicentes, malum, et bo-
 num ab eodem subsistere, et
 unum initium introducentes,
 neque quicquam perscrutan-

^r Codex Bobiensis, *a ruinis ejus, et de laqueis.* Sic et Epi-
 phanius.

^s Idem codex, *juxta rectam rationem.* Sic et Epiphanius.

^t Idem codex, *missus sum subveniens.* Epiphanius, *missus et
 subveniens.*

^u Idem codex, *hæc scripta necessarium duxi.*

^x Hinc patet recte in græco Epiphaniï textu emendasse Peta-
 vium, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον nam prius, μὴ, deerat.

^y Codex Casinensis, *magistri dicentes.* Sed aliam lectionem
 exprimit etiam Epiphanius.

καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντας, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἕξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κινρῶντες καὶ ἐγκαταμιγνῦντες θάτερον θατέρῳ, οὐ παύονται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογί-
στως καὶ ἀπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἐνώσης, μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο· ἀρχὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρως ἐγγύς. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτήρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποῦς

tes, vel discernentes ^z a luce tenebras, et bonum a malo, et exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o fili, ne similiter ut multi hominum, irrationabiliter et simpliciter utraque indiscreta ^a permis-

ceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim et finem, et horum patrem malorum ad ^b Deum referunt, ¹ quorum finis est maledicto proximis. Non enim ^c his, quæ dicta sunt in evangeliiis Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi credunt, quia ² non potest

^z Male idem codex, *a luce, a tenebris.*

^a Codex Casinensis, *permiscens.* at Bobiensis, *permisceas neque bonitatis Dei fineras.* Epiphanius, *permisceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim, &c.* Præterea Casinensis legit paulo post, *Initium et finem.* Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.

^b Bobiensis codex, *Dominum.*

^c Casinensis habebat, *in his.* Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, *οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις.*

¹ Hebr. vi. 8.

² Matth. vii. 18.

κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς καρποὺς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται. καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία, καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν ¹γεγενῆσθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς γράφω, εἰς μῆκος χρόνου διασύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι. τὸ δ' ὅλον γνώση παρόντος μου πρὸς σέ, εἶγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδη, οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω,

arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Quomodo Dominum Satanæ, et malorum ejus actuum factorem dicere audeant et conditorem, plurimum miror. Et atque utinam eo usque eorum vanitas pervenisset, et non unigenitum, ^d *qui de patris sinibus descendit* ¹, Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine, et

carne, ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham patientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognoscēs, cum præsens fuero apud te; si tamen salutem tuam ^e parcere, ac providere festinas; non enim ² *laqueum alicui injicio*,

^d Codex Bobiensis, *qui patris finibus discessit*. Casinensis, *quidem patris finibus descendit*. Nos ex Epiphanio hunc locum restituumus.

^e Casinensis, *parere*. Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.

¹ [For. *γεγεννημένον*, ut vertit interpres Latinus.]

¹ Joan. i. 18.

² 1 Cor. vii. 35.

ὡς οἱ τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιούσιν. νόει ἅ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

sicuti plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili honorabilis.

VI. Hæc epistola lecta, bajulum literarum Marcellus ^gobsequentissime fovebat hospitio, Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus ^hinfrindebatur, auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet pollicens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea, quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

Μαρκέλλος ἀνὴρ ἐπίσημος, Μανιχαίῳ τῶ διατῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, Χαίρειν.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκᾶμην. τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμὴν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνω, εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος φράσης ἡμῶν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διατῆς ἐπιστολῆς. ἔρρωσθε.

Marcellus ⁱvir notus, Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.

Scriptam quidem a te epistolam sumpsi, et Turbonem solita mihi humanitate sus-

cepi, sensum vero literarum nequaquam adverti; nisi forte tu præsens exponas nobis per verba, singula, ^ksicut promisisti. Vale.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni refe-

^f Codex Bobiensis, *honorabilis*. Vale, quod verbum non habet Epiphanius.

^g Codex Bobiensis, *obsequentissimo*.

^h Codex Bobiensis, *infrindebatur*.

ⁱ Melior Petavii versio, *Vir illustris*.

^k Codex Bobiensis, *sicut per epistolam promisisti*. Vale. Hanc

rendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat: ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, et rogabat alium pro se dirigi, abnegans ^lultra sibi ^kad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus vero, accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur; et post triduum pervenit ad Manem, quem in castello quodam ^mArabionis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit: Turbonis tamen remorationem non prosperam ⁿpræsagitus, et quasi ²consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucide enarravit, repetens et exponens de fide ejus hoc modo.

VII. Εἰ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν παρ' ἐμοῦ, ἀκούσατε συντόμως. οὗτος δύο σέβει Θεοὺς

VII. ^oSi fidem Manichæi audite. Hic duos colit Deos discere a me vultis; breviter ⁿinnatos, ex semetipsis extan-

epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam. Epiphanius pariter legit, sicut per epistolam promisisti. Vale.

^k Cod. Bobiensis, *ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore.*

^m Castellum hoc trans fluvium Strangam situm fuisse in medio Persarum et Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.

ⁿ Codex Bobiensis, *præsagus.*

^o Sequentia usque ad cap. 12. verbatim græce retulit Epiphanius num. 25.

^l [For. ultro se.]

² [For. inconsulto. "Ἀβουλος, incogitans, inconsultus. *Gloss. Vett.*]

ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, αἰδίους, ἓνα τῷ ἐνὶ ἀντικείμενον· καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φῶς τῷ ἐνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος· καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιουργημα. μίξις δὲ, ἥτοι σύγκρασις ^p τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος. κατὰ δὲ σύστασιν τὸ σκότος ἐπελθὼν ἐκ τῶν ὀρίων αὐτοῦ προσεμαχίσαστο τῷ φωτί. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, ¹προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ

tes, æternos, unum uni adversantem; et alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, et alteri tenebras. Et lucis quidem esse partem animam, quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, et quæ ex materia est conditio. Permixtionem autem, vel conjunctionem ^p hoc modo dicit

effectam, conferens ambos Deos in hujuscemodi exemplum. Quemadmodum si duo reges sint adversum se pugnantem, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem ut tenebræ progredientes fines suos, bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus Pater, tenebras ad terram suam super-

^p Hinc patet apud Epiphanium legi debere, τοῦτον λέγει, cum prius esset, τούτων.

¹ [Nonnulla deesse monet Petavius. Emendatio petenda est ex Epiphanio Hær. lxvi. n. 45. φέρε δὲ ἴδωμεν καὶ περὶ τῆς μητρὸς τῆς ζωῆς, ἧς φάσκει δυνάμειος προβεβλησθαι (τὸν πρῶτον ἀνθρώπον) καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῆς ζωῆς τὸν τε πρῶτον ἀνθρώπον τὰ πέντε στοιχεῖα. Istis compositis, Turbonis verba hæc erant. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν πατέρα—προβάλλειν ἐξ ἑαυτοῦ δύναμιν μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἀνθρώπον, αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῆς ζωῆς τὸν τε πρῶτον ἀνθρώπον τὰ πέντε στοιχεῖα. FRANCISCUS FLORIO in

δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὃ ἐστὶν ἡ ψυχὴ. τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατήρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους,

venisse, et produxit ex se virtutem, quæ dicitur Mater vitæ, ^rqua virtute circumdedit primum hominem, quæ sunt quinque elementa, ^sid est, ventus, lux, aqua, ignis, et materia, quibus indutus, tanquam ^tad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero

tenebrarum Principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum ^uprimus parens homo a tenebris, et nisi orantem eum exaudisset Pater, et misset alteram virtutem, quæ processerat ex se, quæ dici-

^r Codex Bobiensis, *produxit ex virtute*. Casinensis, *produxerit et esse virtutem*. Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum est.

^r Codex Bobiensis, *qua circumdedit*. Casinensis, *quæ virtute*. Sed ex Bobiensi, et Epiphanio emendavi, *qua virtute*.

^s Codex Bobiensis, *id est, lux, aqua, ignis, et materia*. Sed Epiphanius legit, *ventus, lux, aqua, ignis, et materia*. ut in codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.

^t Epiphanius legit, *ad apparatus belli*.

^u Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *primus homo*. [Et recte.]

Opusc. inscript. *De quodam Hegesippi Fragmento, et de Nonnullis SS. Patrum Locis Emendatis*, Bononiæ edito an. 1793. p. 75.]

πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος ἐκινδύνευ-
 σεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχὴν. καὶ διὰ
 τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς
 διδῶσιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σω-
 θέντες. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι
 λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα, ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ
 αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὼν ἀνή-
 νεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ¹ ἑστερέωσε ἐν τῷ στερεώ-

tur Spiritus vivens, et de-
 scendens porrexisset ei dex-
 teram, et eduxisset eum de
 tenebris, olim primus homo
 detentus periclitaretur. Ex
 eo ergo animam deorsum
 *reliquit, et propterea Ma-
 nichæi cum sibi invicem oc-
 currunt, dant sibi dexteras

hujus signi gratia, tanquam
 ex tenebris liberati; in te-
 nebris enim y omnes hæreses
 esse dicunt. Tunc vivens
 Spiritus creavit mundum, et
 indutus alias tres virtutes,
 descendens eduxit ^zPrinci-
 pes, et crucifixit eos in fir-
 mamento, quod est ejus cor-

* Codex Bobiensis, *relinquit*. mala lectio, ut patet ex Epi-
 phanio.

y Codex Bobiensis, *omnis hæresis esse dicitur*. Sed hanc lec-
 tionem rejicit Epiphanius.

z Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam
 enim ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo
 non videt; sic enim se habet, *descendens eduxit Principes Ieru,*
exiens in firmamentum, quod est, &c. In græco Epiphanii est, *et*
stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphaera. Sed
 vide eundem Epiphanium cap. 48.

¹ [Lege ἑσταύρωσεν, crucifixit quemadmodum legit vetus inter-
 pres. Quin etiam Epiphanius *Hær.* lxxvi. n. 48. Manetem refel-
 lens hæc ait, *εἰ τῶν ἀρχόντων τυγχάνει σῶμα τὸ στερέωμα, ἐν πόνῳ*
ἄρα σταυρῷ προσέπηξε τοὺς ἀρχόντας, ποτὲ μὲν γὰρ λέγεις αὐτοὺς ἐν τῷ
στερεώματι πεπηῆχθαι, ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ στερέωμα σῶμα τῶν αὐτῶν ὀρίζη.
 et infra clarius, *μετὰ τὸ ἑσταυρωκέναι ἄρχοντας ἐν τῇ σφαίρα.* De-
 mum, (cap. viii. p. 159.) *τοὺς ἀρχοντας τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ*
τοῦ ζῶντος πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας. FLORIO ibi-
 dem.]

ματι, ὃ ἐστὶν αὐτῶν σῶμα ἢ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἃ ἐστὶ τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἶδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὶν κάμη βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὠρισμένον καιρόν. τούτου ἕνεκα τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατήρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν ἐπιτιμίαν δῶ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ'

pus sphaera; et rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt ^areliquiæ animæ, et fecit ea ^bfirmamentum circumire, et iterum creavit terram, ^cet sunt octo. Est autem Omophorus deorsum, id est, qui eam portat in humeris; et cum laboraverit portans, intremiscit: et hæc est causa

terræ motus præter constitutum tempus. Hac de causa filium suum misit benignus pater ^dde sinibus suis in cor terræ, et in interiores ejus partes, ^equo illum, ut par erat, coërceret; quotiens enim efficitur terræ motus, tremente eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus, effici-

^a Ita et Epiphanius. Male apud Valesium, *reliquæ animæ*. Vide eundem Epiphanium *ibid.* cap. 49.

^b Et hic male codex Bobiensis, *in firmamento circuire*, ut patet ex Epiphanio.

^c Epiphanius habet *εἰς εἶδη ὀκτώ*. *Creavit terram octuplici specie. Omophorus autem*, hoc est, bajulus, *infra sustinet*. Sed latinus noster interpres legit, *εἰς δὲ*, vel, *εἰς δὴ*.

^d Codex Bobiensis, *de finibus in cor terræ*. Sic legit et Epiphanius.

^e Idem codex, *quod illum, ut pareret, coërceret*. Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro *ἐπιθυμίαν*, recte emendasse *ἐπιτιμίαν*.

ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτὰ, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό
τινων Ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν Ἀρχόντων
πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν,
καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν
τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν
ἐν αὐτῷ. ^εαὕτη ἐστὶ τῆς συγκράσεως ἡ ὑπόθεσις.

VIII. Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην
τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὖσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλε-
ήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς
σωτηρίαν τῆς ψυχῆς. διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφα-
σιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου, ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ
ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτόν εἰς ἀνθρώπου
εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ

tur. Tunc ergo et ipsa ma-
teria creavit ex se plantas,
vel germina, quæ cum ^ffu-
ratae essent a quibusdam
Principibus, convocavit om-
nes Principes primarios, et
sumpsit ab eis singulas vir-
tutes, et fecit hominem hunc
secundum speciem primi ho-
minis illius, ^εet junxit ani-
mam in eo.

VIII. Cum autem vidisset
Pater vivens affligi animam
in corpore, ^hquia est mise-
rator et misericors, misit Fi-
lium ⁱsuum dilectum ad sa-
lutem animæ; hæc enim cau-
sa, et propter Omophorum
misit eum. Et veniens Fi-
lius, transformavit se in spe-
ciem hominis; et ^kapparebat
quidem hominibus ut homo,

^f Codex Casinensis, *furatae essent, convocavit*. Nos Bobiensem
codicem et Epiphanium secuti sumus.

^ε Male codex Bobiensis, *et venit animam in eum*; quam lectionem
non sequitur Epiphanius: subditurque apud eundem, *et hæc est
commixtionis ratio*. quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.

^h Codex Bobiensis, *qui est*.

ⁱ Ita cod. Bobiensis, et Epiphanius. Casinensis non habet
dilectum.

^k Uterque codex, *et parebat*. Sed nos Epiphanii lectionem
prætulimus.

ὦν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννησθαι. ἔλθων οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἧ τις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη, ἀνιμάται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστῆρ ταῖς ἀκτίσι λαβὼν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσ-αγορευόμενος· πλοῖα γὰρ, ἧτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ οὕτως ἀπόκρουσιν ποιεῖται, τοῦ γόμου ἐλαφρυνομένη· καὶ οὕτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ

cum non esset homo, et homines ^lputaverunt eum natum esse. Cum ergo venisset, machinam quandam ^mconcinnavit ad salutem animarum; id est, rotam statuit, habentem duodecim urceos, ⁿquæ rota per hanc sphaeram vertitur, hauriens animas morientium, quasque luminare majus, id est, sol

radiis suis ^oadimens purgat, et lunæ tradit, et ita adimpletur lunæ ^pdiscus, qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria, et cum repleta fuerit luna, transfretare animas, ad subsolanam partem, et ita ^qapocrusin, detrimentum, patitur, cum onere fuerit rele-

^l Codex Bobiensis, probante Epiphano, *putabant eum natum esse*. Casinensis male, *naturam esse*.

^m Codex Bobiensis, *concinnatam*. Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem molitus est, et machinam construxit, cados duodecim habentem, quæ a sphaera conversa mortuorum animas sursum evehit*.

ⁿ Codex Bobiensis, *quæ per hanc sphaeram hauriens animas viventium*. Mala lectio, ut ex Epiphano apparet.

^o Epiphanius, *λαβὼν, assumens*.

^p Codex Bobiensis, *discursus*, pessima lectio.

^q In codice Casinensi, *apocrisin*, scribitur; sed nos locum

τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὐ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει ^sτῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς αἰῶσι τοῦ Πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀῆρ ὁ τέλειος. ὁ δὲ ἀῆρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτὸς, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαριζομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχαὶ σώζονται. ἡ δὲ τοῦ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη· παρθένος τις ὠραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ, συλᾶν ἐπιχειρεῖ τοὺς Ἀρ-

vata: et iterum repleti cymbam, et rursus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, usquequo partem suam propriam liberet ^sanimarum. De substantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus, quod gerit, ani-

marum, seculis tradiderit Patris, permanent ^tillæ in columna gloriæ, quod vocatur ^uVir perfectus. Hic autem Vir est columna lucis: repleta est enim mundarum animarum, et hæc est causa salutis animarum; mortis vero causa hominibus est ista. Virgo quædam decora et exornata, elegans valde,

restituimus ex codice Bobiensi, in quo *apocrusin*, recte legitur, licet in aliis hic depravatissimus existat. Ἀπόκρουσιν autem Alexandro Aphrodisiensi, et Tralliano dicitur facere luna, cum decrescit, seu senescit, ut notum est.

^r Epiphanius οὕτω, et ita repleti.

^s Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, animæ; sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.

^t Legendum illæ, hoc est, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat, illa.

^u Epiphanius habet, *Aër perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis exemplar e græco expressum esse, et male interpretem legisse, ἀῆρ pro ἀῆρ: vertendum autem esse, *Aër perfectus*. *Aër autem hic*, &c. ut græca cum latinis convenient, et aliquis inde sensus eruatur.

χοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας, φαινομένη δὲ τοῖς ἄρρεσι θήλεια εὐμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας εὐειδῆς καὶ ἐπιθυμητός· καὶ οἱ μὲν Ἄρχοντες ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστρουῦνται τῷ φιλτρῷ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ, τὸν νοῦν ἐξαρπασθέντες. ὅταν οὖν τρεχόντων αὐτῶν, ἢ Παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ οὕτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἰδρῶν ἀποκοποῦται. ὁ δὲ ἰδρῶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ βροχή. ^αὁμοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς Παρθένου,

furto appetit Principes, qui sunt in firmamento a vivente Spiritu educti, et crucifixi, quæ cum apparuerit, maribus fœmina decora apparet; fœminis vero adolescentem speciosum et concupiscibilem demonstrat. Sed Principes quidem, cum eam viderint exornatam, ^x amore ejus in libidinem moventur; et quia eam apprehendere non possunt, vehementer instigantur amoris incendiis

excitati, rapti sunt enim ylibidinis calore: cum enim currentibus post eam anxii effecti fuissent, Virgo subito nusquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex semetipso, uti obscuret in ira sua omnem mundum, qui cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita et hic Princeps ^zsudat ex tribulatione sua, cujus sudor pluviae sunt. ^aSed et mes-

^x Melior in seqq. Epiphaniï lectio, quæ sic latine sonat. *Amoris astro aguntur, cumque eam assequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, et cupiditate mirum in modum exardescunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum aspectu subduxerit, tunc, &c.*

^y Male codex Bobiensis, *libidinis amoris calorem; cum ergo currentibus eis post eam, virgo, &c.*

^z Idem codex, *sudat ei ex tribulatione sua*, prava lectio.

^a Epiphanius habet ex versione Petavii, *Sic et Princeps alter,*

καταχέει λοιμὸν ἐφ' ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσει τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ρίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. ὁπότεν οὖν συληθῆ ὑπὸ τῆς Παρθένου, τότε ἄρχεται κόπτειν τὰς ρίζας τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὅταν κωπῶσιν αἱ ρίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχεται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ οὕτως ἀποθνήσκουσιν. εἰ δὲ τὰ ἄνω τῆς ρίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεται τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μὲν τοῦ Ὠμοφόρου· αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θάνατου.

sis Princeps, si deceptus fuerit a Virgine, ^b effundit pestem super terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem magni hujus mundi, ^c et omnes homines, qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus

fuerit a Virgine, ^d tunc incipit excidere radices hominum, et cum excisæ fuerint radices eorum, efficitur pestilentia, et ita moriuntur. ^e Quod si superiores partes radicum validius concusserit, fit terræ motus, et insequitur Omophori concussio, et hæc est mortis occasio.

Messor appellatus, si Virginis illecebra capiatur, pestem in universam terram perdendis hominibus immittit. In textu tamen græco, Messis, est non Messor. sed fortasse legendum θερισμοῦ.

^b Codex Casinensis, *effundit famem.* Bobiensis, *effundet famem.* Sed nos ex seqq. et ex Epiphanio, *pestem*, substituiimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob similitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, et λοιμὸς, *pestis*, in hunc errorem incidere.

^c Epiphanius habet, *et omnes homines radices habent infra cum superioribus connexas.*

^d Codex Bobiensis, *tunc cum incipiet.* (In Græcis ἄρχεται pro ἀρχεται bis reposui.)

^e Apud Epiphanium legitur, *Quod si superiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque consequitur, Omophoro quidem insimul concusso.*

IX. Ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σῶματα. πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ' αὐτῆς, εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἐτέρου ζώου σῶμα. εἰ δὲ ἢ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς ¹ κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται. εἰ δὲ θερίσασα εὐρεθῆ, εἰς μογιγάλους. τῆς δὲ ψυχῆς ἐστὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. οἱ δὲ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, εἰκόασι τοῖς Ἄρχουσι τοῖς ἀπαρχῆς οὖσιν εἰς σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κριθήν, ἢ εἰς στάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἢ α

IX. Dicam autem vobis, in mutos. Nomina autem quomodo et animæ in alia animæ sunt ista, ^h mens, quoque corpora ^f transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si ^g homicidium commisit, anima in elephantiacorum corpora transfunditur; quod si messem secuit, ^k faseolum, aut in hordeum,

^f Codex Bobiensis, *transferuntur*. mala lectio. Epiphanius habet, *quomodo anima in quinque corpora transfundatur*. Primum, &c.

^g Codex Bobiensis, *homicidium admisit, anima in elephantorum corpora*. In Casinensi scribitur, *in elephantia eorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, *κελεφῶν, celephorum*. ignotum mihi animal.

^h Petavius melius vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio*.

ⁱ Codex Bobiensis, *qui ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris sunt*.

^k Codex Bobiensis male, *fasellum*.

¹ [For. reponend. ἐλεφαντείων.]

θερισθῶσι, καὶ κοπῶσι· καὶ εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γενόμενον. εἴ τις φονεύσει ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. εἴ τις φονεύσει μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. εἴ τις πάλιν ἐστὶ πλούσιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχοῦ σώμα μεταγμισθῆναι, ὥστε περιπατοῦντα αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνελεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. τοῦ δὲ σώματος τούτου ὄντος τῶν Ἀρχόντων, καὶ τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντα περσέα διελεῖν πολλὰ σώματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. εἴ τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ^pπήσ-

aut in olera, ut et ipsi de-
secentur et demetantur: et
qui manducant panem, ¹ ne-
cesse est, ut et ipsi mandu-
centur, panem effecti. Qui
occiderit pullum, et ipse pul-
lus erit; qui murem, mus
etiam ipse erit. Si quis vero
est dives in hoc mundo, cum
exierit de corpore suo, ne-
cesse est eum in corpus pau-
peris injici, ^m ita ut ambulet,

et mendicet, et post hæc eat
in pœnas æternas. Cum ergo
corpus hoc Principum sit, et
materiæ, necesse est eum, qui
plantaverit perseam, transire
per multa corpora, usquequo
ⁿ perseam illa, quam planta-
verat, concidat. Qui autem
ædificaverit sibi domum, ^odis-
pergetur per omnia corpora.
Si quis laverit se in aqua,
animam suam ^p vulnerat; et

¹ Codex Bobiensis, *necesse est, et ipsum manducari panem effectum. Quod si occiderit pullum, et ipse pullus erit. Quis vero est dives. Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valesius, quisquis vero est dives.*

^m Codex Bobiensis, *ut ambulet, mendicet.*

ⁿ Male in Casinensi codice legebatur, *per se ad illam.* Porro *περσέα*, Petavius vertit, *Persica arbor.* Vide Epiphanium num. 9.

^o Codex Bobiensis, *dispergitur.* Epiphanius habet ut codex Casinensis.

^p In græco Epiphaniï est *πήσσει, frigore adstringit, congelat.* Latinus tamen interpres legisse videtur *πλήσσει.*

σει. καὶ εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γενεάς, καὶ μετενσωματουῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῶ εὐσεβείας πολλὰς, καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, οὕτω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, οὔτε σὲ ἐγὼ ἐθήρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά σε, οὔτε εἰς κλίβανον ἔβαλον· ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ, ἠὺξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ οὕτως ἀφίσταται ἐκείνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου,

qui non præstiterit electis ejus ^qalimenta, pœnis subdetur ^rgehennæ, et transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas; et propterea si quid optimum est in escis, ^sofferunt illud electis: et cum voluerint manducare panem, orant primo, ista di-

centes ad panem, neque ego te messui, neque molui, neque ^ttribulavi, nec in clibanum te misi; alius te fecit, et detulit te mihi, ego innocenter te ^umanduco. Et cum intra semetipsum hæc dixerit, ^xrespondet ad eum, qui ei detulit, oravi pro te, et ille discedit ita. Sicut

^q Apud Epiphanium scribitur, εὐσέβειαν, pietatem.

^r Epiphanius, per multas generationes, pœnas expendet.

^s Codex Bobiensis, offerunt illud illis electis. Casinensis, offerre illud electis. sed ex Epiphanio legendum ut edidimus.

^t In græco Epiphanii ἔθλιψα, subegi, eo sensu, quo farinam subigere dicimus.

^u Casinensis, manduco et solvo. Sed nos Bobiensis codicis, et Epiphanii lectionem expressimus.

^x Codex Bobiensis, respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur, &c. Epiphanius habet, dicit catechumeno: oravi pro te, et ita ille discedit. Nam, sicut ego paulo ante dixi, si quis messuerit, demetetur. Sed melior latini interpretis lectio.

εἴ τις θερίζει θερισθήσεται. οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτὸς, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς, τῶν φωστήρων δυνάτων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαὶ, βλάπτει τὴν γῆν· καὶ ὁ κινῶν τὴν χεῖρα, βλάπτει τὸν ἀέρα· ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχὴ ἐστὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

ergo dixi vobis paulo ante, si quis messuerit, demetetur, ita et si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis consperserit, conspergetur, ^y aut si panem coxerit, exeoquetur; et propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse ^z alios quosdam, præter hunc, quem videmus, mundos, quibus hujus mundi luminaria, cum hic occiderint,

oboriuntur. ^a Et illi dicunt, si quis ambulat in terra, lædit terram, et ^b qui movet manum, lædit aërem, quia aër anima est hominum, et animalium, et volatiliū, et piscium, et crepentium, et si quid est in hoc mundo: dixi enim vobis, quia ^d corpus hoc non est Dei, sed materiæ est tenebrarum, et ideo necesse est illud obscurari.

^y Codex Bobiensis, *ita et si quis panem.*

^z Idem codex, *alios præter hunc, quem videmus, mundum.* (Anne legend. οἷς τινὲς, deletο ἐξ ὧν?)

^a Codex Bobiensis, *et ibi dicunt.*

^b Idem codex, *qui levat manum.*

^c Idem codex, *reptantium. Et si quod.* (For. legend. in Græcis καὶ εἴ τι?)

^d Codex Bobiensis, *corpus hoc non illud necesse est obscu-*

X. Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, ^eὃς καλεῖται κόσμος. ἔστι δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστι ὁ Ἰησοῦς, ^εἢ γνώσις αὐτοῦ, ἢ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρὸν. ὁ μὲν τοι κόσμος, οὐδ' αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται. ὁ δὲ ἐσύλησαν οἱ Ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ

X. Paradisus autem, ^equi vocatur mundus, et arbores, quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, et cæteræ seductiones corrumpentes ^fcogitationes hominum. Illa autem arbor, quæ est in Paradiso, ex qua agnoscitur bonum, ipse est Jesus, et ^εscientia illius, quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum a malo. Mundus autem nec ipse est Dei, sed ^hex parte materiæ plasmatus, et ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt Principes a primo homine, ipsum est, quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur a mundo: ⁱet si

rari. Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quod habet Epiphanius, *sed materiæ est, ipsumque corpus obscuritas est.*

^e Hinc patet apud Epiphanium legi debere ὃς καλεῖται κόσμος. non autem, οὗ καλεῖται κόσμος.

^f Codex Bobiensis, *cogitationem.* Epiphanius habet, *cogitationes hominum illorum.* Arbor autem. Sed melior videtur latini interpretis lectio.

^g Codex Bobiensis, *et scientia ejus.* Epiphanius, *γνώσις cognitio,* vel etiam *scientia.* Hinc autem patet legendum esse apud eundem, καὶ ἢ γνώσις αὐτοῦ. *ejusque cognitio.*

^h Ita apud Epiphanium, et in Codice Bobiensi. At Casinensis, *ex materia.*

ⁱ Codex Bobiensis, *et si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur.* Sed codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.

γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου· καὶ εἰς ἐξέλθη ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεένναις τοῦ πυρὸς, καὶ μετὰ τὴν παιδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῆ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν ἑκ παρ' ὑμῖν Προφητῶν, οὕτως λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἥτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο ἠπλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν· ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ Ἄρχων τὴν διάνοιαν. καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς

exierit anima, quæ non cognoverit veritatem, traditur Dæmonibus, ut eam doment in gehenna ignis, et postea quam^k correctâ fuerit, transfunditur in alia corpora, ut dometur, et ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De Prophetis autem, qui ἑκ παρ'

vos sunt, hæc dicit, spiritus esse impietatis sive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio^m ascenderunt, a quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excæcavit enim Princeps ille ἠπλανηθέντεςⁿ mentes ipsorum; et si quis sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula,^o devinctus intra mas-

^k Codex Bobiensis, *correcta fuerit, transfundetur*. Casinensis, *correcta fuerit, transfunditur*. Nos tamen, *correcta fuerit*, edidimus ex Epiphanio.

^l Hinc patet apud Epiphanium pro ὑμῖν non esse legendum ἡμῖν, ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. num. 8.

^m Codex Bobiensis, *ascenderunt, quibus deceptis*. Epiphanius, *et ob id aberrantes*. Male autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.

ⁿ Codex Bobiensis, *mentem illorum*. Ita et Epiphanius.

^o Codex Bobiensis, *devictus*, quod est contra græci textus sensum.

λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γυνῶσιν τοῦ Παρακλήτου. ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, οὐ πλέον ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμόν· Ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως ταύτης. τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη. μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τούτοις χρώνται. καὶ πάλιν τὸ παρ' ^x ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαῶθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τῆς

sam, quoniam non didicit scientiam Paracliti. Præcipit autem electis suis solis, P qui non sunt amplius quam septem numero, ut cum ^q desinerent manducantes, orarent, et mitterent oleum super caput, ^r exorcizatum, invocatis nominibus pluri-

mis, ad confirmationem fidei ^s hujus; nomina tamen mihi non manifestavit, ^t soli enim illi septem utuntur his nominibus. Et ^u iterum hoc, quod ^x apud vos magnum, et honorabile ^y est nomen Sabaoth, ille dicit naturam esse hominis, et patrem concupi-

^p Idem codex, *qui sunt*. mala lectio.

^q Codex Bobiensis, *desinerint*.

^r Oleum exorcizatum ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant; hic enim syllaba *za*, in *dia*, convertitur, illi autem præpositionem græcam *διὰ*, et *j* consonans vocalibus adjunctum in *z* mutabant; sic *Zabulus*, pro *Diabolus*, et similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1. (De particula *διὰ* in *ζὰ* Æolicum mutata consulendas monet Gallandius Observationes ad Hesych. v. *ζαβάλλειν*.)

^s Codex Bobiensis, *ad confirmationem fidei*. *Hujus nomina*. Casinensis, *ad confirmationem fidei*. *Horum nomina*. Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textus emendavimus, *ad confirmationem fidei hujus*. *Nomina tamen, &c.*

^t Codex Casinensis, *soli autem*.

^u Bobiensis codex, *iterum quod*.

^x Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse *ἡμῖν*, ut paulo ante monuimus. ^y Codex Bobiensis, *esset*.

ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τοῦτο ἁπλᾶριοι προσκυνούσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτὴν ἡγούμενοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως. ὅτι ὁ εἰπὼν, Δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἢ καθ' ἣν εἶδομεν μορφήν, Ἄρχων ἐστίν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἐτέροις Ἄρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι ἐκ τοῦ φωτὸς, οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Ἀρχόντων μορφήν, καθ' ἣν εἶδομεν, ὁ ἐστὶ πρῶτος ἄνθρωπος·

scientiæ; et propterea, inquit, simpliciores adorant concupiscentiam, Deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus sit, ita dicit, quia qui dicit; *Venite, faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram* ^b secundum eam,

quam videmus formam; Princeps est, qui hæc dicit ad collegas suos Principes, id est, venite, date mihi de lumine, quod accepimus, et faciamus secundum ^c nostram, qui Principes sumus, formam, et secundum eam, quam videmus, quod est pri-

^z Quid Manichæis ἀπλᾶρίων, vox significaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine catholicos, quasi simpliciores, ut antiquus latinus interpret transtulit ab eisdem designatos fuisse ex anathematismis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis asseclæ, ad catholicam fidem venientes probat Ducangius in Glossario mediæ, et infimæ Græcitatibus. Male autem in Cæsareæ bibliothecæ scripto codice, ex quo eisdem anathematismos a clarissimo viro Jacobo Tollio humanissime descriptos habeo, pro ἀπλᾶρίους, scribitur ἀπλαναρίους. Meliori tamen vocabulo eos ἀπλουστέρους vocat Manes in epistola ad Marcellum superius relata.

^a Idem codex (Bobiensis), ita dicit. *Venite*. Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Cæterum dolose corruptum fuisse a Manete hunc Geneseos locum additione vocis, *venite*, testis est Epiphanius num. 56.

^b Idem codex, et *secundum*.

^c Codex Bobiensis, *nostram, qua*. lectio improbanda.

¹ Gen. i. 26.

¹ [For. καὶ καθ' ἣν εἶδομεν, ὁ ἐστὶ.]

καὶ οὕτως ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον. τὴν δὲ Εὐαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Ἄρχοντος δημιουργίας.

XI. Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλίψιν. τούτου χάριν πέμπει, καὶ συλῆ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου, καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἀρπάζεται. τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν Ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκοτούς. ὥστε

mus homo, et ita hominem creaverunt. ^dEvam quoque similiter fecerunt, dantes ei de concupiscentia sua ad decipiendum Adam, et per hæc factum est figmentum ^emundi per conditionem Principis.

XI. ^fDeum vero non habere partem cum mundo, nec gaudere super eo, ^gquod ab initio ^hfurtum passus sit a

Principibus, et oborta fuerit ei tribulatio; hæc de causa mittit, et furatur ab eis animam suam quotidie per luminaria hæc, id est, per solem, et lunam, per quos universus mundus, et omnis creatura ⁱraptatur. Illum vero, qui locutus est cum Moyse, et Judæis, et Sacerdotibus, Principem dicit esse tenebrarum, et ideo unum

^d Codex Bobiensis, qui *Evam*.

^e Male Casinensis codex, *mundum*.

^f Codex Bobiensis, *Domini*, vero non habere partem cum mundo. Typographi forsitan error.

^g Codex Bobiensis, *propter quod*.

^h Male codex Casinensis, *furcam*.

ⁱ Codex Bobiensis, *rapatur*. Valesius autem recte correxit, *raptatur*.

ἐν εἰσι, καὶ τὸ αὐτὸ οἱ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἔθνικοι, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὦν ἀληθείας Θεός. διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκείνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶν Προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας· ἐκεῖνος γὰρ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτης, ὅταν προφανῆ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος ἀφήσιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πά-

atque idem sunt Christiani, secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, ^m sicut ipse scripsit, senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, et ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consummat universum; deinde iterum ⁿ dimittunt animam, quæ

^k Codex Casinensis, *Gentes unum Deum*. Codex autem Bobiensis, *Gentiles eundem Deum*, quam lectionem, consona cum esset græco apud Epiphanium textui, nos retinimus.

^l Male Codex Bobiensis, (for. Casinensis) *superant*.

^m Casinensis, et Bobiensis codices habent, *sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam*. At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum restituimus. Senior autem ille, hoc est, *πρεσβύτερος*, idem esse videtur cum eo, quem infra seniore[m] tertium vocat. Præterea codex Bobiensis, pro *fecerit*, habet *feceris*.

ⁿ Codex Bobiensis, *dimittitur anima, quæ obici or inter medium novi seculi*. Græca sonant, *deinde iterum glebam novo cum æone*

λιν ἀφήσι τὴν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως
 πᾶσαι αἱ ψυχὰι τῶν ἀμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν
 αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, ὅταν ὁ ἀνδριάς
 ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ
 μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα
 κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσ-

objicitur inter medium novi q Probationes autem omnes
 sæculi, ut omnes animæ pec- Jesus est in modica navi, et
 catorum ° vinciantur in æter- Mater vitæ, et duodecim
 num. Tunc autem hæc fiet, Gubernatores, et Virgo lucis,
 P cum statuta venerit dies. cis, et Senior tertius. Unde

*mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ
 teneantur. Unde autem tanta inter græcam, et latinam versio-*
nem diversitas oriatur, ignoro.

° Codex Bobiensis, *vincantur*, quam lectionem mendosam esse
 græcus apud Epiphanium textus evincit.

P Codex Bobiensis, *cum ista tota venerint; probationes, &c.* Sed
 apud Epiphanium est, *cum statua venerit.*

q Hic locus mire in Bobiensi etiam codice est depravatus, in
 quo sic legitur. *Probationes autem omnes, Jesus est in modica
 navi, et Mater vitæ, et duodecim Gubernatores, et Virgo lucis, et
 Senior tertius. Unde et major in navi vivens Spiritus adhibetur, et
 murus ignis illius magni, et murus venti et aëris, et aquæ interioris
 ignis vivensque. Omnia in luna habitabunt usquequo totum mundum
 ignis absumat, in quem autem annorum numerum non didici.* Vide-
 tur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in
 locis vim græci textus, cujus verba apud Epiphanium ita latine
 sonant ex versione nostra. *Cunctæ vero propagationes, seu prola-*
*tiones potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio
 manet, et vitæ Mater, et Gubernatores duodecim, et Virgo lucis, et
 Senior tertius, qui in majore navigio residet, et vivens Spiritus et
 ingentis ignis murus et murus venti, et aëris, et aquæ, et interioris
 ignis viventis; hæc inquam omnes propagationes, seu prolationes,
 apud exiguum luminare habitant, quousque ignis universum mundum
 absumat, id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum
 nescio.* Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis
 agendi locus erit in Manichæorum historia.

βύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν Πνεῦμα καὶ τὸ τείχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσθθεν πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτὲ ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων. καὶ οἱ Ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελύσας ἕκαστον εἰς ^xκλίματα ὀδεύειν· καὶ ὁ μὲν Ἄδδας τὰ τῆς Ἄνα-

^r et majori in navi vivens spiritus adhibetur, et murus illius ignis magni, et murus venti, et aëris, ^s et aquæ, et interioris ignis vivi, quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit

duorum ^tluminarium, et Principes habitabunt in inferioribus ^upartibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina, quam tradidit tribus discipulis suis, et jussit eos in tres mundi ^xplagas proficisci. ^yAdda partes sorti-

^r Codex Casinensis, *majori navi*. Legendum autem, *majori in navi*. Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.

^s Codex Bobiensis, *et aquæ interioris ignis vivensque*. Casinensis, *eaque interioris vivi*. Nos ex græco textu latinum correximus.

^t Codex Casinensis, *luminariorum*. Græca sonant, *duarum naturarum*.

^u Hic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

^x Hinc patet recte Petavium in græco hujus loci textu pro *κλίματα*, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii operum editione, substituisse *κλίματα*.

^y Codex Bobiensis, *ex quibus Adda*. Cæterum ex codice Bobiensi, et Epiphanio Casinensem supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

τολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποίησατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες.

tus est Orientis; Thomas que in hodiernum, ibi de-
vero Syrorum terras susce- gunt, dogmatis hujus gratia
pit; Hermas vero ad Æ- prædicandi.
gyptum profectus est, et us-

XII. ^zHæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus vero non movebatur, Deum expectans, ^aauxilium veritati suæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis ^breplevit, et in Archelai ^cepiscopi domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes, et virgines electos ^dad viginti duo simul; et primo omnium Turbonem ^erequirebat pro foribus Marcelli, quem cum non invenisset, ad Marcellum ingreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est primo habitus indumenta; habebat enim calceamenti genus, quod ^fquadrivale vulgo appellari solet; pallium autem varium, tanquam ^gaërina specie; in manu vero va-

^z Huc usque Epiphanius.

^a Codex Bobiensis; *auxilio*.

^b Codex Bobiensis, *donavit*. ^c Vox, *episcopi*, deest in Bobiensi.

^d Codex Bobiensis, *ad duodecim*. ^e Codex Bobiensis, *requirit*.

^f Codex Bobiensis, *trivale*. Persas altis calceis usos fuisse ait Strabo lib. 15.

^g Mire corruptus est hic Bob. cod. legit enim, *aër inaspici enim*. *Manus vero*.

lidissimum baculum tenebat ex ligno ^h ebelino; Babilonium vero librum portabat sub sinistra ala; ⁱ crura etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut prasini coloris erat: ^k vultus vero ut senis Persæ ^l artificis, et bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius affuisset, invehi in eum animo urgebatur ex ipso habitu, ac specie ejus, ^l et maxime quidem, quod et quæ Turbone referente cognoverat, secretius ² factum apud semetipsum retractaverat, et diligenter præparatus advenerat. At vero prudentissimus Marcellus omni contentionum studio sublato, utrumque audire ^m decernit, invitatis

^h Codex Bobiensis, *ebilino*. Baculum ex ebeneo gestasse Prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Callisthene probat Ducangius in Glossario verbo Ἐβελίωος.

ⁱ Hic lacuna est in codice Bobiensi.

^k Casinensis, *vultus erat*.

^l Codex Bobiensis non habet, *quidem*.

^m Codex Casinensis male, *cernit*.

¹ [Ad hæc verba præstat in medium proferre quæ animadvertit Philippus Buonarruotius V. C. in Opere Italici inscripto, *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro*, edito Florentiæ 1716. p. 69. Quum, inquit, hujus Disputationis Acta e Græco sint translata, hæc verba *artificis* et bellorum ducis, quæ cum præcedentibus minus recte cohærent, versa videntur ab interprete qui exemplari mendoso usus fuerit, quique sic legerit, ὡς δημιουργοῦ καὶ στρατηγοῦ, quum fuisset legendum, ὡς δημάρχου καὶ στρατηγοῦ: quæ proinde verba hoc pacto vertenda essent, ut pro artificis legatur *principis populi* sive *tribuni*, et pro bellorum ducis legatur *magistratum gerentis*, juxta vim vocis στρατηγός, quæ quidem non tantum militare munus, sed etiam civile innuit. Idque confirmari potest auctoritate Plauti in *Curculione* Act. II. Scen. iii. v. 6, 7. ubi utraque hæc vox, cum aliis muniis civilibus jungitur. *Nec strategus—nec demarchus* cet. GALLANDI.]

² [For. factus.]

viris primariis civitatis; ex quibus iudices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc sunt nomina, Manippus ⁿgrammaticæ artis, et disciplinæ rhetoricæ peritissimus, Ægialeus archiater nobilissimus, et literis apprime eruditus, Claudius et Cleobolus duo fratres egregii ^orhetores. Fit ergo magnificus conventus, ita ut domus Marcelli, quæ erat immensa, repleretur ex his, qui ad audiendum fuerant ^pvocati: et cum in conspectu omnium constitissent ii, qui adversum se dicere proponebant, tunc illi electi iudices excelsiores omnibus consederunt, atque Manæ dicendi initium datum est. Silentio igitur facto, ^qprimum aggressus est hoc modo.

XIII. ^rEgo, Viri fratres, Christi quidem sum discipulus, apostolus vero Jesu; pro nimia autem humanitate Marcelli adesse festinavi, ut qualiter oporteat observare modum divinæ religionis eum edoceam: ne sicut muta animalia, quæ intellectu carent, nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc se velut dedititium doctrinæ Archelai subjugavit, ad ultimum damno animæ feriat, cum præparandæ divini cultus observantiæ ultra non habuerit facultatem. Scio autem et certus sum, quod ^semendato Marcello, etiam vos omnes salvi

ⁿ Codex Bobiensis, *grammaticus et disciplinæ rhetoricæ artis peritissimus, et Ægidius*. Horum autem Iudicum primum, Gentilium philosophiæ professorem, secundum Medicum, tertium grammaticum, quartum rhetorem facit Epiphanius num. 10. (Κλεόβουλος scribit Epiphanius.)

o Codex Casinensis, *rectores*.

p Codex Bobiensis, *convocati*.

q Codex Casinensis, *plurima*.

r Huc usque Valesius edidit ex codice Bobiensis.

s In codice Casinensi, *enim dato*.

esse poteritis; ipsius enim iudicio suspensa pendet urbs vestra: quod si ab unoquoque vestrum abjiciatur vana præsumptio, et ea quæ dicentur a me, veri amore audiantur, futuri seculi hæreditatem, cælorum regna capietis. Sum quidem ego Paracletus, qui ab Jesu mitti prædictus sum, ¹*ad arguendum mundum de peccato, et de ^tinjustitia*. Sicut et qui ante me missus est Paulus, ²*ex parte scire, et ex parte prophetare* se dixit, mihi reservans, quod perfectum est, ut hoc quod ex parte est, destruiam. Tertium ergo testimonium accipite, apostolum me esse Christi electum: et si vultis mea verba suscipere, invenietis salutem; nolentes autem, vos æternus ignis absumere habet. Sicut enim Hymenæus et Alexander ³*traditi sunt Satanae, ut discerent non blasphemare*; ita et vos omnes pœnarum Principi trademini, pro eo quod manus injecistis in patrem Christi, cum eum dicitis causam esse omnium malorum, et conditorem injustitiæ, et totius iniquitatis creatorem, ex eodem fonte dulcem et amaram producentes aquam: quod fieri aut intelligi nulla ratione possibile est. Cui enim oportet credi? magistris vestris istis, qui carnibus vescuntur, et affluentissimis deliciis perfruuntur, aut Salvatori Christo Jesu dicenti, sicut scriptum est in Evangeliorum libro, ⁴*Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor*

^t Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in sacro textu, *justitia*, scribitur contrario sensu. Varia autem Sacræ Scripturæ loca dolose interpolasse, atque corrupisse Manetem diserte Archelaus asserit infra cap. 53. et ex Epiphanio colligitur in ejusdem hæresi num. 56.

¹ Joan. xvi. 8.

² 1 Cor. xiii. 9.

³ 1 Timoth. i. 20.

⁴ Mat. vii. 18. Joan. viii. 44.

mala bonos fructus facere? Et alio in loco, patrem diaboli, *mendacem, et homicidam ab initio* esse confirmat. ^uRursum desiderium fuisse tenebris, ut insequerentur illud, quod de luce initio fuerat prolatum Verbum; et inimicum hominem zizaniorum seminatore, ¹et principem seculi mundi hujus Deum, qui hominum mentes excæcat ²ut in evangelio Christi deserviant. Bonus est iste Deus, qui suos homines salvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam, et spatium temporis obteram, veræ doctrinæ ^xdiffrens tempus, hæc dixisse sufficiat, et ad propositum redeam, ut competenter ostendam istorum absurdam esse doctrinam, nec quicquam Deo, et Patri Domini nostri Salvatoris adscribendum, sed malorum nostrorum causam accipere Satanam: in ipsum etenim rejiciendum, quod omnia hujuscemodi mala ab ipso generentur. Sed et ea, quæ in prophetis, et lege scripta sunt, ipsi nihilominus adscribenda sunt; ipse est enim, qui in prophetis tunc locutus est, plurimas eis de Deo ignorantias suggerens, et tentationes, et concupiscentias. Sed et devoratore eum sanguinis, et carnis ostendunt; quæ omnia ad eum pertinent Satanam, et ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in patrem Christi, et scribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cætera, quæ sunt falsa, crederentur. Unde bonum nobis est ex omnibus, quæ usque ad Joannem scripta sunt, nihil omnino suscipere, a diebus vero ejus

^u Videtur respicere Manes ad illa Joan. i. 5. *Et tenebræ eum non comprehenderunt.*

^x In codice Casinensi *disserens* legitur.

¹ Mat. xiii. 25. 2 Cor. iv. 4.

² [For. ut ne.]

evangelizatum regnum cælorum solum amplecti : semetipsos enim irriserunt, ridicula et ludicra introducentes, exiguis quibusdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis si admiscerentur bona, malorum corruptione etiam, quæ bona sunt, exterminantur. Et si quidem est quisquam, qui possit ostendere, legem recti tenentem esse, debet custodiri ; sin autem malam ostendero, interimenda est et abjicienda, quippe quæ ^ymortis ¹ministerium continet informatum, quæ vultus Moysi gloriam contegens, destruxit. Non est igitur sine periculo cuiquam vestrum pariter cum lege et prophetis Novum ^zTestamentum, tanquam unius sint utraque, docere, quippe cum renovet de die in diem Salvatoris nostri eruditio : ³illa vero veterascens et senescens prope exterminium fiat. Quod manifestum est his, qui discretionem habere possunt ; quia sicut arboris cum senuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, sed abscinduntur, et membra corporum, cum corrupta fuerint, amputantur : corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, et nisi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur ; ita ergo et recipientes legem, nisi cognoveritis cujus sit, animas cum salute perdetis. ³*Lex enim, et prophetæ usque ad Joannem*

y Hic unus ex illis Sacræ Scripturæ locis esse videtur, quos Manes, Archelao teste in cap. 53. hujus disputationis, ad suam fulciendam hæresim corrumpit : nam diversum sensum præ se ferunt Pauli verba, ad quæ respicit, tam in vulgata editione, quam apud Archelaum nostrum infra cap. 43.

z Ita codicis Casinensis lectionem correximus, in quo scriptum est, *novum testimonium, tum tanquam.*

¹ 2 Cor. iii. 7.

² [Heb. viii. 13.]

³ Luc. xvi. 16.

Baptistam, a Joanne vero lex veritatis, lex promissionum, lex cælorum, lex annuntiaturo humano generi nova. Equidem donec non erat qui verissimam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis: nunc autem et videtis, et auditis, ^aet in inscitias ire vultis, ut legem, quæ destructa est et relicta, ^bsicut Paulus, qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam epistola sua hoc modo, ¹*Si enim quæ destruxi, hæc iterum reedifico, prævaricatorem me constituo.* Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod sub elementis mundi essent, priusquam veniret plenitudo fidei, credentes in lege, et prophetis ².

XIV. JUDICES DIXERUNT, Si quid adhuc manifestius habes, dic de doctrinæ tuæ modo, et fidei titulo. MANES DIXIT, Ego duas naturas esse dico, unam bonam, et alteram malam, et eam quidem, quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam vero esse tam mundum hunc, quam omnia, quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt, sicut ait Joannes, ³*Totus mundus in maligno est positus: et non in Deo.* Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, et alium, qui extra ⁴eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, et omnia Deum replere, et nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam

^a Locus corruptus: forte, et inficias. [An reponendum est, et odistis, et in inscitiam ira vultis. Vid. Joan. xv. 24.]

^b Deest fortasse, observetis, vel quid simile.

¹ Gal. ii. 18. ² Ibid. iv. 3. ³ I Joan. v. 19. ⁴ [An Deum?]

ipse in his pariter cruciabitur. ¹ Non ista sentiatis quicumque salutis vestræ curam geritis? exemplum enim vobis dicam, ut plenius intelligatis. Unum vas est mundus; ² quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? ³ Aut quo proficiet, quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? ubi cælum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi ⁴sedes? ubi Potestates? ubi Principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, et ubi? Non potest aliquis dicere, nisi forte blasphemet. Quomodo autem et condere potuit creaturas non subsistente materia? si enim de non extantibus, consequetur ^c has visibiles creaturas meliores esse, et omnibus virtutibus plenas. Quod si malitia est, et mors in eis, et corruptio, et si quid bono contrarium est; quomodo ex alia natura factas esse eas dicimus? Si vero consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui et ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus vestris de hujuscemodi occasione descendens. Cum quis vestrum carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, et ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliqua, nec ex philosophia, nec ex alio ullo intellectu; sed ex sola ciborum satietate, et libidine, et fornica-

^c In codice Casinensi est, *consequentem*.

¹ [For. sine interrogatione legendum.] ² (For. *quod si Dei*, ut sæpe infra.] ³ [For. *At.*] ⁴ [For. *sidera.*]

tione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imaginem Dei factus est pater noster Adam, et ad similitudinem, et similis est ei, qui fecit eum? Quomodo omnes, qui ex eo generati sumus, similes ei sumus? imo vero e contrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultus ferentes effigiem? Quod quam verum sit demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem ^dthesaurum, aut aliquid aliud signare, et accepta cera, vel luto velle vultus sui signaculum, quod gerit, exprimere; quod si alius quoque vultus sui figuram similiter expresserit, numquid

^d Antiquos anulis omnia signasse, quæ a domesticorum, et servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum, aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ et Græcæ studiosis, deque ea post alios late agit Kirchmanus de Anulis cap. 10. Anuli ad hoc facti, *signatorii*, et *sigillatorii*, et a Vopisco in Aureliano, *sigillaritii* nuncupantur; quin et *signacula*, ut Archelai disputationis interpres vertit, dici posse scite tradit Salmasius de subsignandis testamentis cap. 19. Cera autem in hanc rem usos fuisse veteres late probat Vossius de Idololatria lib. iv. cap. 91. De creta, quam *lutum*, idem Archelai interpres vocat, testis est Servius in lib. iv. Æneidos ad illa verba; Longæva Sacerdos, ubi Sibillæ apud Cumas agenti, ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, *creta antiquo more signatam*. Meminit Herodotus in Euterpe γῆς σημαντιδος, *terre signatricis*, et Cicero orat. 4. in Verrem epistolæ *cretula* signatæ. Cujus autem generis esset hæc terra ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco, ubi sic ait. *Hæc quæ a nobis prolata laudatio ob-signata erat creta illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed et in privatis literis*. Pinguis enim, lenta, et glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum representata locus est Plauti in Pseudolo scen. 1. *Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem*. Cæterum thæsauri sigillo ob-signati mentio est apud Theodoretum in orat. 5. de providentia haud procul ab initio, ubi de apibus.

simile signaculum apparebit? Nequaquam; etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, et materiæ esse facturam, ^esecundum enim ipsorum formam, et similitudinem, et imaginem etiam nos existimus formæ diversæ. Quod si eam, quæ ex initio facta commixtio est, et qualiter facta sit, vultis ediscere, edicam.

XV. JUDICES DIXERUNT, Non prius quæritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam si pars aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissa dicemus, quod nostræ opinioni claruerit. Demus tamen et Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. ARCHELAUS DIXIT, Tametsi ingentis audaciæ et blasphemiae plena est intentio adversarii. MANES DIXIT, Audite Judices, ^fquid dixerit, adversarii? Ergo duæ res sunt. ARCHELAUS DIXIT, Insaniæ magis quam prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero *adversarii*; sed ablata tibi est in modico sermone objectio: ^gtametsi quidem ex

^e In codice Casinensi erat, *sed Deum enim*, nullo sensu, nos ex ingenio, ut editum est, correximus.

^f Forte, *quod dixerit*, vel *quia dixerit*.

^g Ita hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, *tam si quidem ex hoc arbitratus est se affirmaturum*. Sed supra vocem *tam*, quædam lineola literæ *c*, similis apparebat, quam particulæ *et*, compendium esse putavimus.

hoc arbitratus es me affirmaturum duas esse naturas. ¹ Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum, quæ asseris, stat. Potest enim is qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, et ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum atque idem uterque apparebit; quæ causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde et conversiones recipiunt, et ^h ideo ingenitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permixtionis statum, et causam necessario ^l expetet. Interea aliquando respondit Manes, inconvertibiles quidem sunt utræque, quantum ^k spectat ad contraria, convertibiles vero, quod spectat ad propria. ARCHELAUS DIXIT, Videris mihi delirus esse, et obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem, quæ ^l didicisti, verborum virtutes, vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his, quæ a te nunc dicta sunt, adverti.

^h Forte, et ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt. [Fortasse nil mutandum.]

ⁱ In codice Casinensi erat, *expetit*.

^k In eodem codice tam in hoc commate, quam in sequenti, perperam legitur *expectat*.

^l Forte, *divisti*.

¹ [For. inscientem.]

Inconvertibilem enim esse affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria ^mspectat; convertibilem vero, quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit a se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis; qui vero recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. JUDICES DIXERUNT, Convertibilitas illum, cui accidit, transfert in alium; ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, hæc species est convertibilitatis, et causa. Neque vero si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac Diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, numquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? Et immorante Mane, ARCHELAUS AIT, Si quidem ⁿconvertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est, quod impediatur, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis, quæ similiter inconvertibiles sunt, et similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur, aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest et bonum effici malum, et malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non ^o unum dicamus ingenitum, quod intelligere, magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cælum nondum extitisset, et nondum terra subsisteret, non homo, non animal, in

^m Et hic male legitur in codice Casinensi, *expectat*.

ⁿ [For. *inconvertibiles*.] ^o [For. unum bonum.]

quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? ¹Quod si suis eum dicas extitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si vero et illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam et Satanus ejicere? Sed conclusus ^osermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? ²*Quis enim potest introire in domum fortis, et diripere vasa ejus, nisi illo sit fortior?* Quod si hominibus eum malum extitisse dixeris, et ex eo malitiæ suæ indicia demonstrasse; ergo ante hoc bonus fuit, et convertibilitatem recipit ex eo, quod ^pcreati hominis causa invenitur extitisse malitiæ. Sed postremo dicat quod est malum, ne forte nomen solum defendat, aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ et nequitiae hujus exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu³.

XVII. MANES DIXIT, Constet apud te prius, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, et tunc tibi dicam fructus ejus. ARCHELAUS DIXIT, Non hoc veri expetit ratio; neque enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si velit aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam et pessimam, nisi prius qualitas fructuum ejus fuerit ma-

^o Forte, sermonem convertis.

^p Forte, creatio hominis.

¹ [Scilicet, quia istis suis adversatur, qui mali sunt.]

² Marc. iii. 27.

³ Mat. vii. 18.

nifestata; ¹scriptum est enim, quia de fructibus arbor cognoscitur. Dic ergo nobis, o Manes, arbor, quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? MANES DIXIT, Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo, fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, et omnes mali actus malæ illius radices. ARCHELAUS DIXIT, Ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radices, gustum nobis eorum profer; substantiam enim ingentam esse pronunciasti hujus arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. MANES DIXIT, Hæc ipsa injustitia, quæ in hominibus est, testimonium reddit, et avaritia de gustu illius malæ radices. ARCHELAUS DIXIT, Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris hujus iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. MANES DIXIT, Ita plane. ARCHELAUS DIXIT, Si fructus isti sunt, id est, actus hominum mali, ipsi ergo homines radices locum, atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronunciasti fructus ferre hujuscemodi. MANES DIXIT, Ita dico. ARCHELAUS DIXIT, Male dicis, ita dico; non enim ita dicis, alioquin cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. MANES DIXIT, Impossibile est quod dicis; si enim unus cessaverit, aut alius, aut plures; alii autem hoc agerent. ARCHELAUS DIXIT, Si omnino possibile est unum, et alium, et plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, et unius massæ homines omnes, et ne otiose per ineptias sequar, ea quæ incondite protulisti, certis præscrip-

¹ Mat. vii. 16.

tionibus excludam. Ais fructus malæ radicis, atque malæ arboris esse actus hominum, id est, fornicationes, adulteria, perjuriam, homicidia, et reliqua his similia? MANES DIXIT, Ita. ARCHELAUS DIXIT, Ergo si humanum genus interire pervenerit a facie terræ, ita ut ultra jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia, fructum ultra non afferens. MANES DIXIT, Et quando, quod dicis, fiet? ARCHELAUS DIXIT, ¹ Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum est, aut factura? MANES DIXIT, Factura est. ARCHELAUS DIXIT, Si factura est homo, quis est adulterii, et fornicationis, et reliquorum talium pater, cujus hic est fructus? Priusquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? MANES DIXIT, Sed homo a mala natura plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiam si peccet, etiam si non peccet: unde semel absolute nomen hominum et genus tale est, etiamsi justa gesserit, aut injusta. ARCHELAUS DIXIT, Sed et illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. JUDICES DIXERUNT, Hoc volumus scire a te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore, ex quo malum eum fuisse asseris, certus esto; quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi prius gustaverit quis, sicut et ex fructu omnis arbor dig-

¹ [For. Quonam? pro Quonam istud? hoc est, quonam hoc pertinet?]

noscitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. MANES DIXIT, Semper. ARCHELAUS DIXIT, Ostendam etiam hoc, optimi Viri, et prudentissimi Auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam et ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, et artificium ejus in malo conversum, utendo ¹ ex eo perverse; et omne peccatum extitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis ^ptempore a se creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit, si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut concupiscit, meliora, et aliena concupiscit. Si ergo ² ex eo homo est, mala natura demonstratur, quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo? Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo causa est? Lege autem ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti, et his quæ ab eo dicebantur; cui si non

^p Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modica vocum transpositione clare sensus ejus constabit, ut sit; sed ex tempore hominis a se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur.

¹ [For. delendum.]

² [For. ex quo.]

obtemperasset homo, qua ex causa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum; et quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; et ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex et mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno? aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo potest adversus Diabolum, id est, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte inutilitatem hominis designas, si per legem et mandatum adversus eum, qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum Diabolum putabimus, quod adversum se hominem fecisse non senserit, nec animadverterit quid futurum esset, nec providerit quid sequebatur; cum etiam in nobis, qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest et aliquid prudentiæ, et existimationis nonnunquam certæ? Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credimus, neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, et obtusissimi cordis, et naturæ pecoris invenitur, secundum assertionem, videlicet, tuam. Quod si ita est; quomodo homo, qui ingenio, atque scientia non parum pollet, ab eo, qui ignarus omnium atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quod si homo anima est, et corpus, et non solum corpus sine

¹ (τὴν εὐτέλειαν *vilitatem*.)

anima, quæ sine se subsistere non possunt; quare ea inimica sibimet dices et contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas, *'Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, et vinum effundetur.* Sed vinum novum in utres novos mittendum est; quoniam quidem idem Dominus est utris, et vini; nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione, et observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore, sed habere unumquodque qualitatem suam; et tanquam ad unum genus, atque unam speciem hominum, uter, ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, et diligit, et colit illud, nihilominus etiam corpus gaudet ab anima se vivificatum. Quod si maligni opus dicat esse quis corpus, cum sit et corruptibile, ac vetustum, atque deterrimum, non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ commotionem, et ejus splendidissimam creaturam. ²Sicut enim si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit, ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter et si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosus, fugantur continuo tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, anima corpori inserta, continuo tenebras effugatas, et unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum, et ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, et assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex

¹ Matth. ix. 17.² Matth. ibid. 16.

hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utraque, id est, corporis, atque animæ substantia, in qua ait scripturarum doctor maximus Paulus, ¹*Deum in corpore, sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.*

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. ²Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est; spiritus autem, qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum constitui potest, non agnito prius habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit exstructum. Cum ergo utrumque una ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri potest, et non potius ab amicis, atque idem volentibus utrumque videtur effectum? Et ut scias, quoniam et amicitia, et genere conjuncti sunt, ^pqui scit et audit, *Faciamus hominem*, et reliqua, respondit. ^qHic enim, qui templum extruit, interrogat illum, qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis, ac latitudinis, vastitatisque perquirat, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum extruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis, atque mensura, ut possit apte in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus;

^p [For. qui scite audit.]

^q Forte, *Sic enim qui templum extruit.* In codice enim erat, *extruis.*

¹ 1 Cor. xii. 18.

² 1 Cor. iii. 17. et 2 Cor. vi. 16.

^rDeus, qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam, ut aut ille, qui templum extruit, angustum faciat, ita ut capere non possit quod collocatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit, et ponderosum, quo intromisso, templum continuo concideret? Secundum hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemblemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eadem æquitate disponi, similique gloria efferi; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantum, si placet, etiam illud exemplum, similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi et flecti possit in quæcunque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo et totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus, reguntur autem utraque arbitrii atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; ^squæ cum per conjunctionem unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcunque ex semet ipsis efficiunt, uni auctori et conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ, quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, ita ut pene manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens et reprimens, conquiescere fecit. **JUDICES DIXERUNT**, Sufficenter ostendit Archelaus hominis et corpus, et animam

^r In codice Casinensi, *Deum*. (for. reponend. *Deo*.)

^s In codice Casinensi est, *quæ cum conjunctionem*.

unius esse factoris, eo quod consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis a se dissentiret alterius. Quod si dicatur unum explicare utrumque minime valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia et si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis, nisi etiam corpus acceperit. Quod si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum, otiosum nihilominus erit, si animam non acceperit: quæ utique nisi commixtione, ¹atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eundem esse factorem. ARCHELAUS DIXIT, Scire te non dubito, Manes, hoc; quod generantis aut creantis filius dicitur ille, qui ^tnatus est, et creatus. Quod si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundum naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines, ²*Sic dicite cum oratis, Pater noster, qui es in cælis?* Et iterum, ^u*Orate patrem vestrum, qui est in occulto*³? De Satana autem dixit vidisse se eum, ⁴*Sicut fulgur cadentem de cælo.* uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus, ut homines conjungeret et reconciliaret Satanæ, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse Gentiles, qui multos quidem introducunt Deos, unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos, discordemque sen-

^t In eodem codice legitur, *natus est creatus.*

^u Melius in Vulgata, *Ora Patrem tuum in abscondito.*

² [An sensus est, alter alteri?]

² Mat. vi. 9. Luc. xi. 2.

³ Mat. vi. 6.

⁴ Luc. x. 18.

tentiam non erubescit astruere. ^xQuod si simulatos sub hujuscemodi conditione ^yintroducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diversasque sententias.

XXI. Jam vero de interiore, atque exteriori homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutunt, et deforis hypocritæ sunt, blandimentis atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait, ¹*Væ vobis Scribæ, et Pharisæi hypocritæ, quare, quod deforis est catini, et calicis lavatis; quod autem intus est, immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, et quod de intus est, fecit?* Nunquid de catino, et de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore, atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem ²Pharisæi aneti, et cimini decimas expectantes, quæ erant graviora legis relinquebant, ^zet his quæ extrinsecus erant, adhibentes diligentiam, contemnebant ea, quæ ad salutem animæ pertinebant; ³expectabant etiam salutationes in foro, et primos ^adiscubitus in cœnis, quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus, quæ deforis erant, adhiberent diligentiam, et ea quæ intrinsecus erant contemnerent, velut aliena; igno-

^x In codice Casinensi, *Quod simulatos.*

^y In Casinensi codice est, *introduceret.* Sed hic de Gentilibus loqui palam est, quare legendum, *introducerent.*

^z In eodem codice, *ex his.*

^a Hic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim, *primos discipulos subitos in cœnis, quod scientes Dominus.* Nos eum ex sacro textu restituimus.

¹ Mat. xxiii. 25. Luc. xi. 39.

² Mat. xxiii. 23.

³ Luc. xx. 46. Mat. xxiii. 6. Marc. xii. 38.

rantes quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit et animam. Et quis ita lapideus est, et stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paulus ait, interpretans ea, quæ in lege scripta sunt, hoc modo: ¹*Non infrænabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?* ^b*Aut propter nos utique dicit?* Sed quid immoramur ulterius? adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenta, et his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est, et non ubique diffunditur, et erit multo inferior loco, in quo est, (^cmajus enim quod continet semper eo, quem continet) et efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus, in quo continetur, sicut homo, ²si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est, qui inter eos dividerit, aut quis eis certos terminos statuerit, et invenitur jam uterque multo inferior ³virtutis humanæ. Lysimachus enim et Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras, atque omne genus hominum subjicere potuerunt, ita ut non esset alius imperator per illud tempus præter ipsos sub cælo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum, et sempiternum, ^dceu nequissimi istius impietas, qui nec ^eæqualem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit.

^b Melius vulgata, *An propter nos.*

^c In Casinensi, *malus*, nullo sensu.

^d In codice Casinensi est, *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.

^e Ita depravatum locum ex ingenio restituvimus; nam in codice Casinensi scribitur. *Nec quæ vellem quidem.*

¹ 1 Cor. ix. 9. ² [Extant gemina istorum apud Maximum *De Natura* § 2. Vid. supra vol. ii. harum *Reliq.* p. 89—91.]

³ [For. Græcismus est. Confer p. 96. l. 7. et cap. 29.]

XXII. JUDICES DIXERUNT, Lumen in tota domo lucere scimus, et non in una aliqua parte, sicut et Jesus dicit quia ¹ *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, et non per partes; ^f a quo si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi forte accidentes intelligantur? ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo Evangelicus, quam ab isto, qui se Paraclitum esse profitetur, quem ego magis Parasitum, quam Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium a cælo, et terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quæ est terræ locus umbra obtectus, ^g objectu videlicet earum, quæ factæ sunt, creaturarum, inveniretur obscurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde et in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ; sed ipse tacuit, his, qui possint advertere, derelinquens rationem hujus intellectus; quæ quidem nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab oriente fuerit exortus, et tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit, et interior effectus fuerit ea, quæ apud Græcos sphaera vocatur, ^h quod tunc objectu corporum obumbratus non appareat? Sed obtecto eo, ob-

^f Forte, *atqui.*

^g In Casinensi codice, *obtectus.*

^h In Casinensi est, *quod nunc oblectus.*

¹ Mat. v. 15.

stante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras, usquequo rursus, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ, atque noctis causa corporis terræ soliditas, quod etiam ⁱex suimet ipsius umbra homo intelligere potest. Ante cælum enim, et terram, atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret, et ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei, cui potestas est omnium, plagam quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera, aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, et medium cæli axem pene semper tenebit, nec aliquando desinet apparere, et per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, et sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante, hi quidem, qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pene dixerim, dormientibus adhuc iis, qui e diversa plaga consistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem^k ante eos, qui in parte occidua jacent, illis lumen exoritur, ita velocius obscuratur, et soli omnium, qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cælum, nullus est locus, qui aut lucidior, aut obscurior esse videatur; sed

ⁱ Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *exuet ipsius umbra.*

^k [An legend. *sole adeunte* ?]

omnes mundi partes ^k ex æquo et justo, solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduae plagæ pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sint, cum possim et zodiacum circum descriptum; ^l sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his silebo, et ad illud caput recurram, quod objecit adversarius, affirmans ^m omni nisu, tenebras esse ingenitas, quod et ipsum, quantum valuimus, jam confutatum est.

XXIII. JUDICES DIXERUNT, Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, et nihil fuisse objectum, quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, et omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his, quæ a te nuper dicta sunt, in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, et ex una parte habitent tenebræ, ex alia vero lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ. Et rursus nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fatearis, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus, rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac

^k In codice Casinensi legitur, *ex ea quo.* et mox *fulgure.*

^l Locus manifeste corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit. (An reponend. *istud pro intui?*)

^m In Casinensi erat, *omni nisi.* sed legendum, *omni nisu,* hoc est, omni conatu; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40. et præsertim cap. 47.

sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. ARCHELAUS DIXIT, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, et maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit ⁿutriusque majus, sicut ¹dicit in Genesis libro, quia ²*divisit Deus inter lucem, et tenebras*. Talem esse aliquem necesse est et muri istius instructorem, murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos, qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujusmodi divisio fraternæ potius hæreditatis sit ratio. Verum nunc non est mihi de his dicendum, quanquam necessarium videatur; nam illud est, quod petimus, quis est, qui extruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. Dicat quenquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui extruxit? Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, judicate; quis ex duobus extruxerit, et quid agebat unus, cum alter extruxerat.

XXIV. JUDICES DIXERUNT, Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum

ⁿ In codice Casinensi, *utrunque majus*.

¹ (For. dicitur.)

² Genes. i. 4.

fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. MANES DIXIT, Bonus Deus, et nihil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse ° patefaceret malignum. ARCHELAUS DIXIT, Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, et deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, asseris extruxisse, ut homines solent extractores. Interdum etiam eum timidum, interdum et convertibilem dicis; Dei est enim agere quæ Dei sunt, hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, et nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circumdare; in quo et ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut et multa assertionum copia machinationum adversarii diversitas destruat, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquenque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, et malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi forte prius dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri atque etiam oculis nostris P nuper conspeximus. Cum

° In codice Casinensi, *partum faceret*.

P Nota Archelai ætatem, et habitæ disputationis tempus; loqui

¹ [An hoc muro?]

rex aliquis oppugnat turrim valido muro circumdatam, adhibet primo ballistas, et jacula, securibus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; et cum obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives adducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iste? Non substantia, id est, proposito adversarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum? in præcedentibus enim professus est, quia supervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis prius dejecit munitionem? Impossibile enim erat ingredi malum, munitione constante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiam si tu differas, aggrediar mea sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum moverit ad destruendum hoc, quod prius propter importunitatem maligni, et separationem ipse extruxerat? Quid iratus, aut quid damni peressus, adversum se ipse pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quod si horum nihil in causa est Deo destruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum a se, et separandum malum ipse construxerat, illud nec mirum putandum est, quod ejus consortio fuerit delectatus; munitionem enim, quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, idcirco

autem hic videtur Archelaus de Carrhis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho orientis rege Gallieni Imperatoris temporibus in Romani Imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. et 12. (*Bello Parthico ad Carrhas*. Frontonis Reliq. p. 106. ed. Niebuhr.)

¶ In codice Casinensi, *putandum est consortio*. Sed, *si ejus consortio*, vel, *quod ejus consortio*, videtur legendum.

destructa videbitur, quoniam non jam molestus, sed amicus fore putabitur. Quod si a maligno murum dicas esse destructum; quomodo possunt boni Dei opera a maligno superari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo et ipse, cum sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, et comprehendit, Evangelista testimonium ferente, quia ¹*Lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehendunt?* Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc ^rillæsis oculis solis radios in se recipere non possunt; ita et hic ferre non valet regni lucis intuitum, sed manet semper extraneus, et alienus.

XXV. MANES DIXIT, ²Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datum est scire mysteria regni cælorum. ^sEt jam quidem scio qui sint nostri; ³*Meæ* enim, inquit, *oves vocem meam audiunt.* Propter nostros ergo, quibus datus est veritatis intellectus, per similitudines dicam. Similis est malignus leoni, qui irrepere vult gregi boni pastoris; quod cum pastor viderit, fodit foveam ingentem, et de grege tulit unum hædum, et jactavit in foveam, quem leo invadere desiderans, cum ingenti indignatione voluit eum absorbere, et accurrens ad foveam, decidit in eam, ascendendi inde sursum non habens vires; quem pastor apprehensum pro prudentia sua in cavea concludit, atque hædum, qui cum ipso fuerit

^r In eodem cod. *illius oculis*, nullo sensu. (For. *hæ* pro *hæc* legend.)

^s In Casinensi codice scribitur, *etiam quidem*. Sed legendum videtur, *et jam quidem*. sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

¹ Joan. i. 5.

² Mat. xix. 11.

³ Joan. x. 27.

in fovea, incolumem conservavit. Ex hoc ergo infirmatus est malignus, ultra jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, et salvabitur omne animarum genus, ac restituetur, quod perierat, proprio suo gregi. ARCHELAUS DIXIT, Si leonem maligno comparas, Deum vero pastori; oves atque hœdum, dic, cuinam comparabimus? MANES DIXIT, Oves et hœdus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. ARCHELAUS DIXIT, Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in fovea. MANES DIXIT, Nequaquam, absit hoc; sed apprehensus est ¹ hoc ingenio, in futurum vero salvabit eam. ARCHELAUS DIXIT, Ridiculum jam istud est, Viri auditores, si agnum, quem retinebat in sinibus, pastor extimescens leonis ingressum, projecit eum devorandum, et dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non totum hoc ridiculo plenum est? Nam et in hoc etiam iudicium adimitur. [†] Deus enim Satanæ animam tradidit in perditionem, ab eo assumendam. Quando enim pastor, ^u nonne David de ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter *ore leonis*, quod ait; ² de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus est, et omnia potest. Audi ergo ad hæc; cur igitur quod possit,

[†] Loquitur hic Archelaus, ex Manetis sententia, qui cum pastorem prævidentem, ac prænoscentem inevitabili leonis devoracioni exposuisse hœdum diceret, necessario consequeretur pastorem ipsum causam esse perditionis hœdi, eique illius necem jure adscribi.

^u Hic aliquid deesse videtur. Forte, *Quando enim pastor hoc fecit? Nonne David, &c.*

¹ [An legendum, *hic*, is est leo?]

² [Cum interrogatione legenda illa, *de ore leonis, aut de ventre.*]

non illud potius, asseris, quod poterit propria virtute vincere leonem, *sive pura Dei potentia, et nunquam machinis quibusdam, et foveæ hædo, sive agno tradito? Dic mihi etiam illud, si pastori superveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hædus esset? MANES DIXIT, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quæcunque poterat invenire, discurrens per vertices montium; quod si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestiis, quæ erant sub regno suo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo unius sunt substantiæ bestiæ, quæ sunt in regno maligni, et hædi, qui sunt in regno boni Dei. MANES DIXIT, Absit; nequaquam; nihil commune est, neque ipsis ad invicem, neque his, quæ sua sunt. ARCHELAUS DIXIT, Unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat eibum, aliquando et de his boni Dei, nulla est in his differentia, quantum ad escas pertinet, et ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. †Sed aliud alio longe differre ignorantiam pastori adscribimus, quia non aptam escam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rursus dissimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur, qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum

* Ita corrigi debere videtur lectio codicis Casinensis, qui habet, *si et pura*. nisi malueris, *si est pura*.

† Locus iste videtur mendosus, nec quid sibi velit Archelaus clare intelligitur, nisi legamus, *Sed alium ab alio longe differre si dicamus, ignorantiam pastori adscribimus*.

animam provocavit, nec sola fovea ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, et dolos exquirere? Et sicut rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circumdat, ac præparat, manui, ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, et agit omnia, usquequo vincat et obtineat adversarium.

XXVI. JUDICES DIXERUNT, Si ais pastorem hædum, sive agnum leoni projecisse, cum ille irruerat adversum ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum, atque agnorum, cum ipse inveniatur eis in delicto, ¹si causa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, et consequens est, ut quodcumque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si dominus unum e servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat. Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum ²eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, et interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet; tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversus eum, sciens, et prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos

² Forte legendum, *eum ipse*.

¹ (For. legend. *sive causa?* Traditus.)

percepisse demonstratur; et ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem de omnibus, de quibus disceptavimus, prudentia Judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, et in tempus aliud reservandum. Sicut enim, ^asi quis serpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt; ita dualitatis quæstione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua quæ per hanc asserebantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, et unde, et qualis est; dixerat enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens, humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, et non longe ^bpossit ei Paulus vas electionis et vocatus Apostolus, unde et prædicans veram doctrinam ^cæiebat, ^d*Aut documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chri-*

^a In codice Casinensi deficit, *si*, et paulo post, *quæstione rejecta*, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

^b Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum, *ut non longe post sit ei Paulus*, nempe, ut ipso parum inferior sit Paulus Apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra cap. 13. (Velim ita interpretari, ut ad Jesum *ei* referatur. Vid. infra cap. 34. Censeoque emendandum esse, *etsi non longe post sit ei*, ut voces *non longe post*, hoc est, *non multo post*, exponantur de S. Paulo brevi post tempora inspiratione Spiritus Sancti ad instruendum fideles tam insigniter donato. Cons. capp. 27. et 34.)

^c In codice Casinensi est, *agebat*, librarii, ut arbitror, errore; sic infra capite 29. *Jesus ad discipulos agebat*.

^d Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu est, ἐπέει.

*stus*¹. Et quidem quod dico tali exemplo, ^esed clarior. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimum, ita ut refertus esset locus, quem locum ^fclausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit; ipse Dominus vero ^gcessit; alius autem quidam post multum temporis ad thesaurum, dicens se ab eo, qui signaculis locum concluderat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eundem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, poscebant ab eo ^hsignaculi fidem, quo possint ei, videlicet, aperire thesaurum, et parere ei,

^e Forte *fit*, vel *sit*, aut etiam, *est*.

^f Supra thesauri solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus: at hic sigillo claves adjungit, quo pacto chariora quæque ab antiquis custodiri consuevisse, testis est Aristophanes in comædia, cui titulus, *Θεσμοφοριάζουσαι* pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynecæorum fores sigillis, et pessulis a maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

^g Forte *recessit*, vel *discessit*.

^h Anulis pro tessera, seu signo in repetendo deposito, et majore nuntiis fide concilianda veteres usos fuisse, ex Plauto, et Apuleio discimus, quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chry. *Anulum gnati tui Facito, ut memineris ferre. Nic. Quid opus est anulo? Chry. Quia id signum est Theotimo, qui cum illi afferet, ei aurum ut reddatur.* Alter vero in lib. 10. de Asino aureo hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti surrepto, rus profecta, mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa Fide pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad se; addito, ut sola, et sine ullo comite quam maturissime perveniret. Et ne qua forte nasceretur veniendi contatio, tradit anulum marito subtrac-tum, qui monstratus, fidem verbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hoc enim nomen sola sciebat) respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, quaviter, ut præceptum fuerat, incommitata festinat, &c.*

¹ 2 Cor. xiii. 3.

tanquam ab illo, qui signaverat, misso; ⁱ qui cum nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) a custodibus ejectus est, et fugatus; fur enim potius, et latro ab eis esse deprehenditur, convictus, et ^k confugatus etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves, neque signacula, neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens; quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, ^l et ideo, ut consequenter erat, a custodibus reservatus est.

XXVII. Aliud etiam, si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimum, ad tempus peregre abfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quendam, justum, et verum, qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam ac regere studuit, laborans plurimum in itineribus, ^m sedens ipse per se suis manibus opus faciens, et ministrans. ⁿ Deinde moriturus testamentum scribit, propinquis suis et proximis omnibus hæreditatem derelinquens, et signacula

ⁱ In Casinensi *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut *qui cum nec* legatur.

^k Forte, *confutatus*.

^l In codice Casinensi legitur, *et ideo consequenter*. (For. rependum est, *et ideo consequenter thesaurus a custodibus r. e.*)

^m Forte, *sed et ipse per se*. (Maxime Paulum hic significari firmat cap. 34.)

ⁿ In codice Casinensi, *Deinde die moriturus*, nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, *Deinde die, qua moriturus erat, testamentum*.

dedit eis, et nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hæreditatem, et custodire, ac regere substantiam, sicut susceperant, et perfrui bonis et fructibus, ipsi domini hæredesque derelicti. Si qui vero ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; °sin autem cohæredem se dicens, exposceret, devitarent, atque alienum esse pronunciarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene, recteque dispositis et statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum qui post trecentos fere annos venerit, et hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non juste alienum pronunciamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui sepulchro non adstiterit, qui omnino nesciat, quomodo, aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obsignaverit? Nonne eum, tanquam latronem et furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paraclitum, qui ab Jesu præsignatus est mitti, in quo ^pmendacem, ignorans fortasse ase-

° Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sin autem conderem se dicens, exposceret, devitarent persequi, alienum esse pronunciaret.*

^p Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17. cum inquit, *Nam si illis non diligentibus solum, sed et pro Deo mortem appetentibus, non misisset, quem promiserat Paraclitum, secundum Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliiis reperiretur. Quod si vero, cum sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum Sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum, et Priscillam*

ret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paraclitum, invenitur ¹post trecentos, et eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die iudicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt, noli nos cruciare, si opera tua non fecimus; cur enim cum promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paraclitum, qui ¹*argueret nos de peccato, et de justitia*, sub Probo demum Romano Imperatore misisti, orphanos dereliquisti, cum ipse dixeris, ²*non derelinquam vos orphanos*, cum ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos fefellisti? ¹Sed absit hoc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnis animæ. ³Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset, ⁴*Vado ad Patrem meum, et mitto vobis Paraclitum*, statim misit, dividens, donans discipulis suis; ⁵abundantius vero conferens Paulo.

missum esse Paraclitum post ducentos et triginta annos ab Apostolica gratia transactos.

¹ Contentionis æstu actus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos et amplius annos a Christi mortem Manetem emisisse: nam a Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter ccxlix. intercedunt. Vide præfationem nostram in Archelao.

¹ Parva mutatione hunc locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in codice Casinensi ita se habet. *Sed absit hanc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne animæ.*

⁵ Mire hic et in seqq. depravatus est codex Casinensis, in quo legitur, *Abundantibus vero confitens Paulo. Manes dixit, Tuum et ipsius indicio comprehensus es; hæc enim versum te locutus, igno-*

¹ Joan. xvi. 8.

² Joan. xiv. 18.

³ [For. respicitur ad 2 Pet. iii. 9.]

⁴ Joan. xiv. 12. et xvi. 28.

XXVIII. MANES DIXIT, Tuimetipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos judicare, quia opera tua non fecimus, non enim misisti nobis Paraclitum, ^tcum dixeris te missurum; non multo magis illi hæc dicent, qui a Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, ¹eo et rectius dicent, "noli nos tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi, qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur? verum etiam illi qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Paracliti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. ^xSed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur; ipse enim ²*Eos Christus de maledicto legis redemit*, sicut Paulus testimonium dedit, ³*Quia litera*

rans, quia dum me vis probra conjicere, majori culpæ se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, nolite nos judicare. Nos tot menda, quantum per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.

^t Verbum, *missurum*, nostra est additio, cum in Casinensi desit; et sane vocem illam, vel quid simile ibi deficere ipsa orationis series ostendit.

^u In Casinensi est, *noli nostra de tormentis*, nullo sensu, nisi, ut editum est, corrigatur.

^x In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut eas, quod a Tiberio est, salventur.* Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati sumus *ut ais*, exemplo alterius loci infra cap. 30. ubi *ut as*, pro *ut ais*, vel, *ut asseris*, a librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.

¹ [For. reponendum est *ei*.] ² Gal. iii. 13. ³ 2 Cor. iii. 6, 7.

occidit, nec quenquam vivificat, et, Quod lex ministerium mortis est, ¹virtusque peccati. ARCHELAUS DIXIT, ²*Erras nesciens scripturas, neque virtutem Dei;* multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt, et pereunt, hi scilicet, qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum, et suscipiunt, ³*Potestatem acceperunt filii Dei fieri.* Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit, *Quicumque enim, inquit, acceperunt eum.* Adest autem semper justis viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ⁴*ex sanguine Abel justæ, usque ad sanguinem Zachariæ.* Unde ergo Abel justus, et illi omnes reliqui ⁵*per ordinem, qui inter justos enumerantur, cum lex non esset Moysi, cum Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus implessent?* Nonne justæ effecti sunt ex eo quod legem implebant, ⁵*Ostendens unusquisque eorum ²opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua?* Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit, hic legem non habens, ipse sibi est lex. Et intuere multitudinem legum per singulos justos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semetipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem, nunc a propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus et senioribus addiscentes. Verum quia pauci ^a*per hunc modum poterant ad justitiæ culmen ascendere, idest, per parentum*

^y In codice Casinensi, *qui per ordinem, qui inter justos.*

^z In eodem codice scribitur, *opus legis scriptura.*

^a Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, *per hunc mundum.*

¹ 1 Cor. xv. 56.

² Mat. xxii. 29.

³ Joann. i. 12.

⁴ Mat. xxiii. 35.

⁵ Rom. ii. 15.

traditiones, nulla in literis lege conscripta, miseratus est Deus humanum genus, et scriptam legem per Moysen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in literis legislatio, quæ per Moysen datur salutis causa plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari, et Abraham reputatus est justus, quanto magis ii, qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur? Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit, ¹ *Ministerium mortis esse legem*, et, ² *Christum redemisse nos de maledicto legis*, et quoniam, ³ *Virtus peccati est lex*: adde adhuc, et dic quantacunque tibi videntur adversus legem esse conscripta.

XXIX. MANES DIXIT, An non idem est, quod Jesus ad discipulos aiebat, incredulos eos esse demonstrans, ⁴ *Vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis?* Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps hujus mundi, et quanta desideraverit, per Moysen scripserit, et dederit hominibus facienda. ⁵ *Ille enim homicida est ab initio, et in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur, quoniam mendax est, sicut et pater ejus.* ARCHELAUS DIXIT, ^a *Sufficit tibi hæc, sunt, an habes et alia, quæ dicas?* MANES DIXIT, Habeo quidem multa, et horum majora; sed his contentus ero. ARCHELAUS DIXIT, Exemplum, scilicet, accipiamus

^a [Nonne legend. *Sufficientia tibi hæc sunt, an habes &c.?*]

¹ 2 Cor. iii. 7.

² Galat. iii. 13.

³ 1 Cor. xv. 56.

⁴ Joan. viii. 44.

⁵ Joan. ibid.

ex his, eorum quæ habere te dicis, ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; sin minus, ^bero ego obnoxius sententiæ Judicum, id est, victi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, et Principem hujus mundi mortem, regnare ab Adam usque ad Mosen, scriptum est enim, ¹*In eos qui non peccaverunt.* MANES DIXIT, Ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi ^dessent ingenita. ARCHELAUS DIXIT, Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, et non dixit ante Adam. MANES DIXIT, Quomodo vero, et justorum, et peccatorum obtinuerit regnum, dicito. ARCHELAUS DIXIT, Cum prius confessus fueris, quia a tempore, et non æternitate regnavit, tum dicam. MANES DIXIT, Scriptum est hoc, quia ²*Ab Adam usque ad Mosen regnavit.* ARCHELAUS DIXIT, Ergo et finem habet, quod cœpit ^eex tempore, et verum est illud, quod dictum est, quia ³*Absorpta est mors in victoria.* Etiam ingenita non erit, quæ et initium habere monstratur, et finem.

^b [For. *eris ergo, et pro feram feras.*]

^c Irenæus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particula negativa laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Augustinum in libro de Peccat. meritis et remiss. lib. i. cap. 11. recte censuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii opera, sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.

^d [Malim *esset.*]

^e In codice Casinensi manifesto errore scribitur, *exemplo re.*

¹ Rom. v. 14.

² Rom. ibid.

³ 1 Cor. xv. 54.

MANES DIXIT, Deus ergo eam fecit. ARCHELAUS DIXIT, Nequaquam; absit; ¹*Deus enim mortem non fecit, nec latatur in perditione vivorum.* MANES DIXIT, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicit. ARCHELAUS DIXIT, Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, et hunc ingenitum? MANES DIXIT, Loquere, subtiliter enim vis ^ddiscere. ARCHELAUS DIXIT, Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi proficerent ad ostensionem ingenitæ radice; sufficiunt tamen nobis et ea, quæ supra tractata sunt, in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum existere posse substantias.

XXX. JUDICES DIXERUNT, Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae. ARCHELAUS DIXIT, Principem mundi, et malignum, et tenebras, et mortem unum eundemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc, quod scriptum est, ²*Ministerium mortis*, et reliqua, quæ objecit. Quoniam, ^einquam, sicut superius diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, scripta naturaliter in cordibus eorum; neque apud seniores erat satis firma traditio, ^fcum eis inimica semper memoriæ inhæsisset oblivio, et aliter quis eruditur a magistro, aliter a semetipso, perveniebat facile legis naturaliter scriptæ transgressio, et ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim ge-

^d Fortasse, *dicere*. ^e In codice Casinensi male, *iniquam*.
(Reponendum videtur *iniquæ*. Confer superiora pag. 110. l. 3.)

^f Ita necessario emendanda visa est ejusdem codicis lectio, in quo scribitur, *cum eas inimica semper memoriæ ineresis sed oblivio*.

¹ Sap. i. 13.

² Galat. iii. 13. 2 Cor. iii. 7.

nus hominum, quod virga ferrea regi indigeat a Deo. Exultabat ergo mors, et cum omni potestate regnabat usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccaverant, hoc modo, quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios, sibi que subjectos, sicut fuit Cain, et ¹Juda; super justos vero propter hoc, quod non consentirent ei, quin potius resisterent, abscindentes a se libidinum vitia et concupiscentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel, et usque ad Zachariam, ²transferens semper usque ad tempus in similes illius. Cum vero adfuisset Moyses, et legem dedisset filiis Israël, et revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcunque observare oportebat, et facere, eos vero solos, qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercisa est mors, ne super omnes regnaret; regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege, ³*ne contigeris hos*, qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis ^hinteritui tradens; non enim pro eo, ut omnino mors nulla ex parte regnaret, Moyses advenit, cum utique plurimi etiam post Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *ministerium mortis* appellatum est, ⁱquoniam soli transgressores legis puniebantur, non

^h In Casinensi codice, *interit ut tradens*, manifestus librarii error.

ⁱ Scite adversus Manichæos, ut videtur, Jo. Chrysostomus in hunc D. Pauli locum Homilia 7. *Per mortis autem ministerium legem intelligit. Atque interim vide, quam sedulo in ista comparatione caveat, ne ullam hæreticis ansam præbeat. Non enim dixit lex mortem efficit, sed mortis ministratio est. Mortem enim ministra-*

¹ [Corrigendum *Judas.*]

² [For. *transiens.*]

³ Ps. cv. 15.

etiam conservatores, sicut Abel faciens ea, quæ legis sunt, et custodiens, quem Cain, vas maligni effectus, interemit. Verum etiam post hæc voluit mors pactum, quod fuerat per Moysen positum, rescindere, et regnare denuo super justos; et irruit quidem in prophetas, interficiens, et lapidans eos, qui missi erant a Deo usque ad Zachariam. Dominus autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversus mortem pro prævaricatione ⁱpacti, et totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semetipsum, sed Moysen, et eos, qui ex ordine post ipsum fuerant violentia mortis oppressi. Malignus vero ignorans hujusmodi dispensationem, ingressus est Judam, ut per ipsum interficeret eum, sicut antea Abel interfecerat justum. Sed cum intrasset in Judam, pœnitentia ductus, se ipse suspendit: propter quod ait sermo divinus, *Ubi est mors victoria tua, ubi est mors acu-*

bat, non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertius detegebat, ac plectebat, non autem ad malum impellebat. Neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors existeret; sed ut pœnas daret is, qui peccasset; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipsa peccatum adeo formidandum esse ostenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Quemadmodum igitur is, qui ense in manus sumit, ac sonti caput amputat, judici pronuncianti ministrum se præbet, neque ipse est, qui interimit, etiam si aliqui ipse sit, qui caput abscindit: nec rursus is, qui sententiam profert, ac sontem condemnat; sed ejus, de quo supplicium sumitur, improbitus. Eodem modo hic quoque non lex erat, quæ necem afferebat; sed peccatum ipsum erat, quod et interimebat, et condemnabat.

ⁱ In codice Casinensi est, *acti*, quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

leus tuus? Et ¹*Absorpta est mors in victoria.* Hac ergo ex causa *Ministerium mortis* appellata est lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat, servantes autem se, defendebat a morte, et constituebatur in gloria, ope atque auxilio Domini nostri Jesu Christi.

XXXI. Audi etiam et de eo, quod dictum est, ²*Qui redemit nos de maledicto legis Christus.* Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moysen ^kimaginariam legem his, qui recte ¹velint videre, tradidisse, et legem veram. Sicut enim Deus cum fecisset mundum, et omnia, quæ in eo sunt, in sex diebus, requievit in die septima ab omnibus operibus suis; non dico, quia ^mrequieverit fatigatus, sed quoniam ad perfectum adduxerat omnem, quam facere disposuerat, creaturam: denique ait, ³*Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Numquidnam cæ-

^k *Imaginariam* Archelaus vocat legem vetus testamentum, quod typus esset et imago futuræ novæ legis. Sic et Petrum de Vineis in epistolis suis non semel, *imaginarium* hominem vocasse nuntium, seu legatum observat Cangius in Glossario, quod illum, a quo missus fuerat, representet, et ejus velut imaginem referat. Utitur et hac voce Evagrii Monachi vetus interpres in disputatione Theophili Episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi sabbata *imaginarium* requiem vocat septimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione absoluta, requievisse pagina sacra testatur. Quare Archelaus in responsione ad Diodorum presbyterum infra cap. 41. totus est in demonstrando, non esse rejiciendum vetus testamentum, quia tanquam speculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

¹ Forte, *velint vivere.*

^m In Casinensi est, *requie requieverit*, sed ea lectio nobis visa est unius ejusdemque vocis repetitio nisi potius græcismus sit.

¹ 1 Cor. xv. 54.

² Gal. iii. 13.

³ Joan. v. 17.

lum facit, aut solem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem visibilibus perfectis, a tali opere conquievit; ⁿinvisibilia autem, et intrinsecus usque modo operans, salvat. Ita ergo etiam unumquenque nostrum, sicut ipse Deus est, indesinenter huic operi legislator vult esse devinctum: a secularibus jubet protinus conquiescere, et omnino nullum opus gerere mundanum, et hoc appellatur sabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil ¹absurdum fieri debere, sed observare nos, et dirigere vitam nostram ex æquo et justo. Et imminabat hæc lex, acerrime maledictum inferens his, qui eam fuissent transgressi; sed quoniam homines erant et illi, et sicut etiam nobis frequenter accidit, controversiæ oriebantur, et irrogabantur injuriæ, et lex statim districtissimam ^oultionem, quam fecerat, retorquebat, ita ut si quis pauperum voluisset in sabbato fascem ligni colligere, sub maledicto legis effectus, morti continuo subjiceretur: ²Arctabantur ergo coërtione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis, et maledicta tole-

ⁿ Casinensis habet, *invisibili autem et trinsecus*. Sic legendum videtur, ut editum est, vel *invisibilia autem intrinsecus*. Deus enim ut inquit D. Augustinus in libro de Gratia Christi cap. 24. non lege atque doctrina insonante forinsecus; sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operatur in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in capite decimo tertio ejusdem operis, tum alibi passim.

^o In Casinensi codice, *ultionem fecerat retorquebat*. Sed necessaria visa est relativi articuli additio, ne sensus ulla ex parte nutaret. (An, *ultionem fecit retorqueri*?)

¹ [^v Ἀτοπον, *facinorosum, flagitiosum, absurdum*. Glossæ Vet.]

² Num. xv. 32.

rare. Rursum autem ille, qui semper salvator est, Jesus Dominus noster adveniens, liberavit eos ex hujuscemodi cruciatibus legis, atque maledictis, donans eis injurias. Nec, sicut Moyses, severitate usus est legis, nulli indulgendo injuriam; sed hic dixit, ¹si quis passus fuerit a proximo suo injuriam, indulgeat non semel tantum, sed et nec secundo, nec tertio, *nec solum septies, sed septuagesies septies*: quod si post hæc injuriam permanserit irrogando, tunc demum legi eum debere succumbere Moysi, nec ultra veniam dari ei, qui in injuriis perseverat, cum sibi septuagesies septies fuerit indultum. Non solum autem huic, sed etiam si quis Filio hominis intulisset injuriam, veniam dedit. Si vero Spiritui Sancto, duobus eum subdidit maledictis, id est Moysi legis, et suæ; Moysi quidem in præsentis, suæ vero in judicii tempore; ait enim ita, ²*Neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur ei*. Moysi ergo lex est, quæ in præsentis seculo nulli veniam tribuit; Christi vero est, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intueri quemadmodum confirmat legem, non solum non solvens eam, sed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præsentis positum erat, maledicto legis, ex quo *Maledictum legis* appellatum est. Hæc omnis hujus sermonis est ratio. Cur autem ³*Virtus peccati dicta sit lex*, pro viribus nostris breviter exponemus. Scriptum est enim, ⁴*Quia justo lex non est posita, sed injustis, et non subditis, impiis, et scelestis*. Non ergo erat tunc lex literæ posita delinquentibus ante Moysen, unde et Pharaon ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens injustis oneribus filios Israëli, divini-

¹ Mat. xviii. 21.² Mat. xii. 32.³ 1 Cor. xv. 56.⁴ 1 Tim. i. 9.

tate neglecta; non solum ipse, sed et omnes, qui cum eo erant. Verum ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moysi, cum ab eo regeretur populus in deserto; et cum Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem; impatiens populus, ^pnon ille, qui vere erat Israëlita, sed qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum sibi constituit Deum, secundum pristinum morem, quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum pœnas aliquando rependeret; et ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant; quæ cum regressus agnovisset Moyses, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, et propterea *Virtus peccati* appellata est lex.

XXXII. De eo vero, quod in Evangelio scriptum est, ¹ *Vos de patre Diabolo estis*, et reliqua, breviter dicimus, quia est Diabolus inoperans in nobis,

^p Non pauca primitivæ Ecclesiæ Patres ex Judæorum sententia loquebantur, ut ex his, quæ in capite sequenti, et ad Theophili Alexandrini disputationem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucide apparet. Hujus generis etiam est, quod hic de Ægyptiis vituli aurei constructoribus, et adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Et isti* (nempe Ægyptii proselyti) *fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, et isti fecerunt, et in causa fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid scriptum sit Exodi 32. vers. 4. Non est scriptum hic, Isti sunt Dii nostri, sed isti sunt Dii tui: quod proselyti, qui cum Moyse ascenderant, ipsi fecerunt illum, et dixerunt Israëli, isti sunt Dii tui. Idcirco Deus sanctus benedictus dixit Moysi, Vade, descende, quia corruptit populus tuus. Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum ver. 8. Aben Ezra ibid. ver. 22. et Abarbanellum ibid. ver. 11. At vel ex nuda sacri Textus lectione, et ex LXX. Interpretum versione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam futilemque esse clare colligitur.*

¹ Joan. viii. 44.

qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem iudicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, o Manes, si tamen congregans in unum discipulos tuos, [¶]et eos commonens ne delinquant, neve aliquid injuste gerant, [¶]iudicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, et in perversum declinaverint, sine dubio legem iudicii ferent. Ex hoc etiam angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati ejus restiterunt, et aliquis quidem de cælo, [¶]tanquam fulgur ignis, cecidit super terram, alii vero [¶]in felicitate [¶]hominum filiabus admixti, a dracone afflicti, ignis

[¶] Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, *et communis ne, &c. nisi quis maluerit, communiens.*

[¶] En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus a primitivæ Ecclesiæ Patribus interdum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum fœminis concumbentibus, tradit Archelaus, jam usque a Philonis Hebræi, et Josephi temporibus Judæorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. et Fevardentius in notis ad Irenæum ejusdem opinionis asseclam lib. iv. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuisse credidere; sed utranque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, et recentiores omnes sacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgatissima sit, prætermitimus.

[¶] [For. ut iudicii.] [¶] Luc. x. 18. [¶] [H. e. adhuc in statu felici existentes.]

æterni pœnam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultra cœli regionibus admissus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, et usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinæ ejus sequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii est; ex hoc enim et appellatus est Diabolus, eo quod transitum fecerit de cœlestibus, et quod in terris mandato Dei obtrectator existeret. Quia autem Deus sit, qui prius mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad Diabolum, ¹ *Vade post me Satana.* Et sine dubio ire post Deum, servi est. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies.* Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt a Salvatore, ² *Vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis.* Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt, ³ *Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Ex hoc ergo pervide ⁴ quanta vis sit hominem liberi esse arbitrii. Dicat tamen etiam ipse, si est judicium piorum, et impiorum. MANES DIXIT, Est judicium. ARCHELAUS DIXIT, Puto quæ ⁵ a nobis de Diabolo dicta sunt, non parum rationis et pietatis obtinent. Habet enim et unaquæque creatura ordinem suum, et alius quidem ordo est humani generis, et alius animalium est, atque alius angelorum; una vero et sola inconvertibilis est divina substantia, æterna, et invisibilis, sicut et omnibus notum est, secundum

⁵ In Casinensi legitur contrario sensu, *a vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.

¹ Mat. iv. 10.

² Joan. viii. 44.

³ Mat. iii. 7.

⁴ [Hoc est, quantum valeat hominis liberum arbitrium.]

illud, quod scriptum est, ^t*Dominum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris*¹.

^uReliquæ ergo omnes creaturæ visibiles sint necesse est, cælum, terra, mare, homines, angeli, archangeli: Deus vero, cum a nullo unquam visus sit, quid ei potest ex istis creaturis esse homousion? Unde et singula quæque secundum ordinem suum propriam dicimus habere substantiam. Tu vero ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, et substantiam a Deo accepisse dicis similem, et posse eam peccare, atque ad iudicium venire; et eum non vis recipere sermonem dicentem, Diabolum angelum fuisse, et in prævaricatione decidisse, et non esse ejusdem cum Deo substantiæ; interimere debes iudicii ^xratione, ut quis nostrum fallat appareat. Si enim non potest qui a Deo creatus est angelus, in transgressione decidere, quomodo potest pars Dei anima peccare? Si vero iudicium esse dicis peccantium animarum, et

^t Hunc locum iisdem verbis laudat Irenæus adv. Hæres. lib. iii. cap. 11. licet alibi Vulgatæ versionem sequatur.

^u Archelaus hic veterum quorundam Patrum sententiam amplectitur, qui solum Deum incorporeum; reliqua vero creata omnia corporea esse putarunt, quod nempe loco circumscripta, in se ipsis subsisterent; licet nostri respectu, qui crassa et densa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionysium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. i. cap. 2. et sequentibus, ubi latissime omnium Patrum ea de re sententias expendit.

^x Forte, *rationem*, ut sensus sit non debere Manetem iudicium admittere, cum ejus dogmata de homine, et Angelis iudicio adversentur. In græco enim textu hujus disputationis, *ἀναρπείν*, fortasse scriptum erat, quod cum occidere pariter, ac auferre, et de medio tollere significet, priorem sensum secutus est non satis accuratus, nec satis elegans antiquus interpres. (*Interimi*, h. e. condemnari, pro *interimere*, hic legere malim.)

¹ Joan. i. 18.

unius eas cum Deo dicis esse substantiæ, et tamen cum de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus ^yDei non servare mandata; etiam sic plurimum meus sermo ^zprocedit, dicens primo Diabolum, eo quod mandatum non servaverit, decidisse; non enim erat ex Dei substantia: decidit non tam ut læderet humanum genus, sed ut ¹ab eo potius illuderetur: dedit enim nobis potestatem calcandi super serpentes, ²et scorpiones, et omnem virtutem inimici.

XXXIII. JUDICES DIXERUNT, Sufficienter ³ostendit de origine Diaboli. Cum enim utraque pars confitetur futurum esse iudicium, necessario liberi arbitrii unusquisque monstratur; ^aquo evidentè ostenso, nulli dubium est, quod unusquisque in quamcunque elegerit partem, propria usus fuerit arbitrii potestate. MANES DIXIT, ^bSi a Deo bonus, ut asse-

^y Series et consequentia sermonis omnino videtur postulare ut legatur, *Dei non servare mandata*, licet in Casinensi codice desit negativa particula; nisi quis potius legendum putet, *Dei servare, vel non servare mandata*, pro arbitrii scilicet libertate.

^z In Casinensi, *præcedit*.

^a In eodem codice legitur, *Quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quamcunque elegerit partem propria usus arbitrii potestate*. Nos an recte locum hunc emendaverimus, videant Eruditi.

^b Codex Casinensis hic ita se habet, *Si a Deo bonus, ut as mendacem esse dixisti Jesus*. Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis Evangelii loco in cap. viii. 5. et 44. in quo sic Phariseos redarguit Jesus, *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus*. Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes.

¹ [Conf. Job. xl. 10.]

² Luc. x. 19.

³ [For. ostenditur.]

ris, mendacem esse dixisti Jesum. ARCHELAUS DIXIT, Confitere primo, quia vera sit ratio eorum, quæ nunc adduximus, et tunc ostendam tibi patrem ejus. MANES DIXIT, Si mihi ostenderis patrem ejus mendacem, et Deo horum nihil adscripseris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. ARCHELAUS DIXIT, Omni ratione de Diabolo diligenter exposita, et dispensatione prolata, sicut hominum viget sensus, etiam apud seipsum potest diligenter advertere, quis iste sit, qui Diaboli appellatus est pater. Sed cum te tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi etiam ab humana deest prudentia. Quoniam ergo prodidisti ignorantiam tuam, dicam ego ^cquid ille sit pater Diaboli. MANES DIXIT ^d. . . . dico: et adjecit, omnis qui conditor est, vel creator aliquorum, pater eorum condiderit, appellatur. ARCHELAUS DIXIT, Miror quomodo saltem hoc recta ratione responderis, nec celaveris sermonis hujus intelligentiam, vel naturam. Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus. Cum ex cælorum regno cecidisset, erat super terras, intendens, et inquirens cui se posset adjungere, quem ex consortio sui participem quoque nequitie suæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum

Si a Deo sola promanant bona, ipseque summe bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modo mendacem esse, sed et mendacis Diaboli creatorem extitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legimus, *Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum.* (Malim reponere, *Si a Deo Diabolus.*)

^c Forte, *quis ille sit.*

^d Lacunæ istæ facile impleri posse videntur, si ita legamus. *Manes dixit, Jam dico: et adjecit, omnis, &c. pater eorum, quæ condiderit, appellatur.*

patre mendax; post hæc vero, cum factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset et circumventionem deceptus, cum sese inseruisset corpori serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, una cum patre suo, ^e et effectum est non solum super ipsum mendacii maledictum, sed et super patrem ejus. Cum ergo serpens recepisset eum in sese, et recepisset universum, tanquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans, et erat sicut puerpera, quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis ejus ^f agitata. Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus paradysum, et conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, et mortem parere hominibus, qui a Deo fuerant figurati, et acceperant vitam. Verum non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, a quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises, et fallacias ad Evam demonstravit: per Cain vero homicidii exordium dedit, inserens se in primitias frugum, quas ille male distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax vero quoniam fefellit, dicens, ¹ *Eritis tanquam Dii*: ejecti sunt enim postea de paradiso illi, quos Deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit, et genuit, atque in lucem edidit serpens; secundus vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores, et parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam, atque impietatem pariter perpetravit. Sed et quicumque eum suscipiunt, et faciunt ejus desideria,

^e In codice Casinensi, *ut*.

^f Forte, *cogitata*.

¹ Gen. iii. 5.

fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao, pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum, pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est per Judam, et ideo abortum factum esse dico; quia tanquam si mulier semen viri concipiat, atque in sese quotidianos accipiat profectus, ita et Judas quotidie ^gproficiebat in pejus, occasionibus sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur in loculum; dolores vero partus fuerunt, et colloctio cum Pharisæis, et pretii scelerata conventio: abortus est vero, non partus, laqueus mortis informis. Sed et tu, si malignum ex te protuleris, et facias ejus concupiscentias, genuisti eum, et pater ejus esse diceris; si vero pœnitentiam gesseris, et abjeceris pondus, velut ^hparturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis a magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semetipso generet, ac procreet, eorum quæ genuerit, conditor ipse dicitur; ita qui ex summa malitia parum quid fermenti acceperit, pater et genitor dicitur necesse est illius, qui ab initio restitit veritati. Quod simili modo provenire potest etiam his, qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum, *'propter timorem tuum* ⁱ*Dominum in utero concepimus, et doluimus, et peperimus spiritum salutis;* ita et quicumque de timore maligni concipiunt, et

^g In codice Casinensi est, *proficiebat impetus.*

ⁱ Forte, *Domine.*

^h [For. parturiens. Cum sequentibus autem confer Dionysii Al. *Fragm.* lin. 8. p. 396. vol. mei iii.]

ⁱ [Isai. xxvi. 18.]

pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent, patres vero, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita namque et Dominus noster ait ad Phariseos, *Vos de patre Diabolo estis*, filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, et cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversum justos; ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, et ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim ¹*In eum post buccellam panis ingressus est Diabolus*. Sed ut diximus, postquam uterus intumuit, et dolorum tempus advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis effudit, et ideo nec perfecte pater appellabatur, nisi eo tantum tempore, quo conceptus gerebatur in utero; postea vero quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsequuta est.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius vero eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli vero temporis, atque ætatis privilegio; unde et Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur, nam et David pater ejus appellatus est, et Joseph pater ejus putatus est, cum nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joseph vero lege nutriendi; so-

¹ Joan. xiii. 27.

Ius autem Deus pater ejus natura est, qui omnia per Verbum suum velociter nobis manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, ¹intra unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci: 'qui verbi sui potestate universa amplexus est; in quo tandem remoratus est, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus? Quin potius, ut superius dictum est, adfuit statim plurimum diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti, ²*Mihi autem soli data est gratia hæc.* Qui prius quidem fuit persecutor ecclesiæ Dei, sed rursus manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paracliti minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quod et usque ad nos, qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrum sperare poterat persecutorem Paulum, et inimicum ecclesiæ, defensorem ejus ac tutorem futurum? et non solum hoc, verum etiam et magistrum ecclesiarum conditorem et architectorem. Post hunc ergo, et post eos, qui cum ipso fuerant, id est, post discipulos, nullum alium venire secundum Scripturas sperandum est; ait enim Dominus noster Jesus de Paraclito, ³*Quia et de meo accipiet.* Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paulum ^kin spiritus influxit Spiritus; et sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat,

ⁱ In codice est, *inter.* Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra.* Vide infra cap. 49. (Videsis not. in Melitonis *Fragm.* p. 146. vol. i. harum *Reliq.*)

^k Locus corruptus. Forte, *in Spiritu. Influxit Spiritus, &c.* (For. scripsit Archelaus, *Paulum, cujus in spiritum influxit Spiritus;*)

¹ [Heb. i. 3.]

² Ephes. iii. 8.

³ Joan. xvi. 14.

nisi super eum, qui de ¹Maria Dei Genitrice natus est, ita et in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, nisi super Apostolos, et super beatum Paulum. ¹ *Vas enim electionis, inquit, mihi est, ut portet nomen meum in conspectu regum, et gentium.* Ipse quoque in prima epistola sua posuit, dicens, ² *Secundum gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei.* ³ *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto.* Et rursus ait, ⁴ *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo et factis.* ⁵ *Ego enim sum ^mnovissimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Gratia autem Dei sum id quod sum.* Et eos qui *experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus,* vult propterea habere, quia esset in ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam consecutus, et ⁿmagnifico honore ditatus ait, ⁶ *Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet a me: et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Rursus, quia vere ipse sit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio, ⁷ *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, et alium Paraclitum dabit vobis.* In quo ostendit etiam seipsum Paraclitum, cum dicit alium. Unde credentes Paulo, audivimus eum di-

¹ (Videsis not. in Africani *Ep. ad Aristid.* p. 332. vol. ii. *Reliq.*)

^m Melius Vulgata, *minimus*, græce enim, ἐλάχιστος.

ⁿ In codice Casinensi est, *magnifico hoc ore*; sed legendum censui *honore*.

¹ Act. ix. 15. ² Ep. ad Rom. cap. xv. 15, 16. ³ Ibid. ix. 1.

⁴ Ibid. xv. 18. ⁵ 1 ad Cor. xv. 9, 10. ⁶ 2 Cor. xii. 8, 9.

⁷ Joan. xiv. 15, 16.

centem, ¹ *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* et horum similia, de quibus superius diximus; unde et tanquam fidelibus nobis hæredibus suis consignat testamentum sua ad Corinthios epistola, velut pater, dicens, ² *Tradidi enim vobis in primis, quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas, et quia* ³ *apparuit Cephæ, deinde undecim Apostolis, postea amplius quam quingentis fratribus* ⁿ *de semel, ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem, et dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissime autem omnium, tanquam abortivo, visus est et mihi: Ego enim sum novissimus omnium Apostolorum.* ⁴ *Sive ergo ego, sive illi, ita annuntiavimus.* Et rursum tradens hæredibus eam, quam ipse hæreditatem promeruit, dicit, ⁵ *Timeo autem ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita* ^o *corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, et castitate, quæ in Christo est. Si enim is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut Spiritum alium acceperitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; bene pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis a cæteris Apostolis.*

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos, qui venerint, falsos Apostolos, dolosos opera-

ⁿ Forte, *in simul.* Vulgata, *simul.*

^o In Casinensi, *corrumpantur sensus vestri a simplicitate.* Sed nos ex Vulgata supplevimus.

¹ 2 Cor. xiii. 3. ² 1 Cor. xv. 3—9. ³ [Cum hoc S. Pauli confer Luc. xxiv. 24.] ⁴ 1 Cor. xv. 11. ⁵ 2 Cor. xi. 3—5.

rios, transfigurantes se in Apostolos Christi, ¹ *Et non mirum; ipse enim Satanas transfiguratur se, ^pvelut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si et ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum?* Indicat autem quales essent, et a quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, ² *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, et volunt ^qavertere vos ab Evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de cælo vobis annuntiaverit, præterquam quod traditum est vobis, anathema sit.* Et rursus ait, ³ *Mihi infimo omnium ^rApostolorum data est gratia hæc. Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne mea adimpleo.* Et in alio rursus loco profitetur, quia ⁴ *Super cæteros Christi minister,* tanquam si postea omnino non sit alius expectandus; jubet enim neque angelum de cælo suscipi. Et quomodo ^sde Perside venientem Manem, et dicentem se esse Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim agnosco ex hoc, quod unus iste sit ex illis, qui transformantur, de quibus mani-

^p Ita et Cyprianus haud procul ab initio libri de Unitate Ecclesiæ, ac si in græco textu esset *ὄς*. Sed Vulgata, et Tertullianus pluribus in locis legunt, *In Angelum lucis*.

^q Melius Vulgata, adstipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, et Augustino, *convertere Evangelium Christi*; licet Tertullianus adv. Marcionem lib. iv. cap. 5. *pervertere*, legisse videatur.

^r Græce est, *ἀγίων*. *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

^s In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim, *de Persida venientem monet*; sed legendum, *Manem*, vel *modo*, &c. (*Persida* cum *Perside* hic et supra mutavi.)

¹ 2 Cor. xi. 14, 15. ² Gal. i. 6—8. ³ Eph. iii. 8. Col. i. 24.

⁴ 2 Cor. xi. 23.

feste vobis indicavit vas electionis Apostolus Paulus
 dicens, ¹ *Quia in novissimis temporibus recedent qui-
 dam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, et doc-
 trinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia ^tloquentes,
 cauteriatam habentes conscientiam, prohibentium nu-
 bere, abstinere se a cibis, quos Deus creavit ^uad perci-
 piendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui
 cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei
 bona est, et nihil abjiciendum, quod cum gratiarum
 actione percipitur. Sed et Spiritus Evangelista Mat-
 thæus diligenter significavit Domini nostri Jesu
 Christi sermonem, ² *Videte ne quis vos seducat; multi
 enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Chris-
 tus: et multos seducent. Quod si etiam aliquis vobis
 dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi, nolite cre-
 dere. Exurgent enim falsi Christi, ^xet falsi Apo-
 stoli, et falsi Prophetæ, et dabunt signa magna, et
 prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri,
 etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis,
 ecce in deserto est: nolite exire. Si dixerint vobis,
 in penetralibus; nolite credere. Et post ista omnia
 mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodi-
 gium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam**

^t In Vulgata juxta græcum textum est, *loquentium, habentium,
 prohibentium*. Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corri-
 gendum, *prohibentes*. Sed hanc lectionem antiqua etiam apud
 Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis
 est.

^u In Casinensi est, *ad perficiendum*. Sed Vulgatæ lectionem
 substituere satius visum est. (Mox legendum videtur *Spiritu*.)

^x Verba illa, *et falsi Apostoli*, ab interprete Archelai videntur
 adjuncta, explicationis causa; nam nec in græco, nec in Vulgata,
 nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

¹ 1 Tim. iv. 1—4.

² Mat. xxiv. 4, 5. et 23—26.

habens; sed ne in numero quidem discipulorum positus, neque Defuncto nostro obsecutus, cujus hæreditate gaudemus; cum neque ei languenti adstiterit, non testis extiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti: postremo cum nullius prorsus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam si signa, et prodigia faceres, falsum Christum, et falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas; et ideo convenit nos cautius agere, secundum quod beatus Apostolus monet, dicens in epistola, ^yquam Colossensibus scripsit ¹*Permanete in fide fundati, et radicati, et immobiles ab spe Evangelii, quod ^zaudivimus, quod predicatum est in omni creatura, quæ sub cælo est.* Et rursum, ²*Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum, ^ain ipso ambulate, radicati, et fundati super ipsum, confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos ^bexpoliet per philosophiam, et inanem seductionem, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis.* Quibus omnibus ita diligenter expositis, beatus Apostolus, velut pater filiiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, ³*Certamen*

^y Vocem, *Quam*, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, *scripta*, legendum.

^z In Vulgata, *Audistis*.

^a Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, *in ipso*.

^b Casinensis codex, *expoliet, et per*. Cypr. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per Philosophiam*, Græce est *σπλαγγω-γῶν*, quod verbum Vulgata, *decipiat*, et Tertull. de Præscrip. c. 7. *circumveniet*, interpretantur.

¹ Col. i. 23.

² Ibid. ii. 6—9.

³ 2 Tim. iv. 7, 8.

bonum certavi, ' circum cucurri, fidem servavi. De cætero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex; non solum autem mihi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus.

XXXVI. Nullum ex nobis, o Manes, ^cGalatam facies, nec ita nos transferes a fide Christi; etiam si signa et prodigia facias, etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Pauli ipsius afferas, ^danathema es Satana; præscriptum est enim de te; præmoniti, et præstructi sumus a sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, et neque bonum vas, sed sordidum et indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cum in eos, qui sub ^elegum justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tanquam morti destinatum, ad explorandum quanta, et qualis sit legitimi regis virtus, ac populi: ipse enim inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono et sancto rege positis, velut morti destinatum, rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim et in angelum lucis transformandum, et ministros ejus tales adventuros prænos-

^c In eodem codice corruptissime legitur, *Galatam facies vicit, o nostras feras*. Nos modica mutatione locum hunc restituere conati sumus.

^d Et hic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, *Anathema esset ana*. An recte nos emendaverimus, Doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, *Anathema es et maranatha*.

^e Vide an, *Regum*.

¹ [For. *cursum*. Vulgata habet *cursum consummavi*, Græca τὸν δρόμον τετέλεκα.]

cimus, et signa et prodigia facturos, ¹*ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur.* Quis ergo es tu, qui neque ²necessarium aliquem locum sortitus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitās, quod profluvium sanguinis sistis, ^fquos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando esurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; ^gsed Chaldæorum solum, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, et omnia linguarum genera novit, et agnoscit universa, et omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? ³quia unusquisque propria sua lingua audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes apostolos? Sed quid amplius ^hdicabo? Barba Sacerdos Mithræ, et collusor, solem tantum coles Mithram ⁱlocorum mysticorum illumi-

^f In Casinensi, *Quod luto.*

^g Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historia Dynastiarum pag. 111.

^h Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, *Quid amplius dicam? Barbare.* Sed fieri potest, ut verbo *dicare* usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem esse. (Fere initio ait, *Barbare, Archelaus.*)

ⁱ Quæ sequuntur nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice hic mire corrupto scribitur, *locorum mysteriorum illuminatorem. Mox, apud eos ludis. Et infra, adveniat? suscitans mortuos? pene usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantiae metu. Quod*

¹ Matt. xxiv. 24.

² [For. *necessarii.* Vide superiora.]

³ Act. ii. 6.

natorem, ut opinaris, et conscium, hoc est quod apud eos ludes, et tanquam elegans mimus perages mysteria. Verum quid ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, pene usque ad gehennam omnes persequens, qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiae metu, quo est ipse circumdatus, aliis adhibens minas, vultus sui conversione et circumductione ludificans: sed ultra non proficiet; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, 'sicut Iannes, et Mambres. JUDICES DIXERUNT, Sicut ex te comperimus, tanquam Apostolo Paulo dicente, in super etiam ab Evangelio præscribente, ^k nulli alii æque in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita duntaxat, nisi forte falsus propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cum dixeris in Paulo fuisse Paraclitum, et ipsum omnia consignasse, quare dixit, ² *Ex parte scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur?* Quem alium expectans, hoc dixit? Quod si ipse confitetur expectare se aliquem perfectum; et si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videam

est ipse circumdatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circumdatio ludificat. Sed &c. Manes autem tanquam Mithræ Sacerdos traducitur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo. (Mithræ sive solis mysteria recenset Tertullianus *De præscr. Hæret.* cap. 40.)

^k In Casinensi est, *nulli alio atque posterum*, quem locum uti editum est legendum censui. (For. modo ante scribendum est, *id evangelio præscribente.*)

¹ 2 Tim. iii. 8, 9.

² 1 Cor. xiii. 9, 10.

tur iste sermo recurrere, aut in eum, qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse, quod perfectum est, non potest esse Satanus; si autem Satanam expectas, non potest esse perfectum.

XXXVII. ARCHELAUS DIXIT. Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ a Beato Paulo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit expectandum esse perfectum, ¹qui solus Patrem novit, et cui voluerit revelare, sicut possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia, cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseverat esse perfectum, quid destruxit ostendat: quod enim destruetur, ignorantia est, quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste, quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ a me fuerint asserta. Igitur in prima ad Corinthios epistola hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est, ²*Sive Prophetiæ, destruentur, sive linguæ, cessabunt, sive scientia, destruetur; ex parte enim scimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur.* Vide ergo quantam in sese habeat virtutem, quod perfectum est, et cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum, ac Hebræorum, ¹seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii, cæ-

¹ In Casinensi est, *sed*, prava lectio.

¹ [Luc. x. 22.]

² 1 Cor. xiii. 8—10.

terorumque qui propriam sibimet ipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit. ^mNon plane, non tam obscure, et ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, id est, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut rex adveniens ad urbem suam, præmittit primo ⁿprotectores suos, signa, dracones, labaros, duces, principes, præfectos, et universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro expectatione regis; ita et Dominus meus Jesus, qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores sacros, et tunc ¹universa creatura commovebitur, et conturbabitur, supplicans, atque obsecrans, usquequo eam a servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, ^oet quamplurimum conturbetur, pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero justi lætabuntur, expectantes quæ sibi promissa sunt, nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ, sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt eo quod ultra non egeant solliciti esse homines, et cogitare de his, quæ ad vitam necessaria sunt, sive scientia quorumcunque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius Regis adventum. ²Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis ad-

^m Codex Casinensis, *Non plane nota*. Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositæ consonantes designarent. (For. in antecedentibus subaudiendum est, inducias quærit, antequam destruat.)

ⁿ De his late post Gothofredum Ducangius in Glossario.

^o In codice Casinensi, *et cumplurimum conturbetur*.

¹ [For. Sicut enim cum parva]

² Rom. viii. 21, 22.

mota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis propheta, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cælestis Regis præsentiam paucis verbis, et fragilibus, et valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse, et valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsus, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, et ^pValentinianum, ac Basilidem, aliosque hæreticos, ^qsic ut istius comparatione, qui velut in intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, et ^rita se ductores statuerunt iis, qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paraclitum, sicut iste, qui aliquando quidem de seculis disputat, aliquando de sole, quomodo facta sint, tanquam major ipse sit eorum; omnis enim, qui de aliquo exponit quomodo factus sit, majorem se, et antiquiorem ostendit esse, quam est ille, de quo dicit. Quis autem et de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo; sed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quo-

^p Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celeberrimum Apostolicorum temporum hæresiarcham.

^q In codice Casinensi est, *sicut istius paratione*. Sed legendum, *sic ut istius comparatione*. Archelaus enim beatos facit Marcionem, aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentiendum sit; sed quod Maneti insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.

^r Casinen. *ita seductores statuerunt, qui*.

niam quidem et Apostolus dicit ad nos, ¹*Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentibus ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus quæ sit vis, et ratio sermonis hujus; verbum enim ducis obtinet locum, ⁵opera vero regis. Sicut ergo aliquis regi suo adventanti, omnes, qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos, et charos, hilaresque ostendere, ac devotos, sed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a rege, et majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernata, quæ sibi est commissa, provincia; ita et Beatus Paulus dicit ad nos, ²*Ut sitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentibus ad gloriam ipsius in diem Christi.* Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis; et quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuatur ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem epistola commonet nos, ³ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cælis; unde et salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistola, quam scribit ad Thessalonicenses, ⁴*De temporibus autem, et momentis, Fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter*

⁵ Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, Vide præfationem nostram in Archelao. (p. 15, 16.) Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti, videlicet, illius, qui expectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus destruere, quod non præstiterat Manes. (Adagio simile Archelai istud est.)

¹ Phil. ii. 15. 16. ² Ibid. ³ Ibid. iii. 19. 20. ⁴ 1 Thess. v. 1, 2.

scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Et quomodo nunc adstat iste persuadens, et rogans unumquenque Manichæum effici, et circumvenit, et ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin potius res ipsas proferamus in medium, et conferamus, si placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in evangelio Salvatoris nostri, quia et illi, qui a sinistris Regis assistunt, dicent, ¹*Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut † in carcere, et non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? ²*Discedite a me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Videsne quid sit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu asseris perfectionem. Quod si post ipsum expectandus est magnus judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quod si non de ipso dicit Apostolus, iste autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique judicandus est. Sed et multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatus hujus exequi volentibus derelinquens.

[†] Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere et Eleemosynis aliique. Casinensis tamen habet, *in carcerem.*

¹ Mat. xxv. 44.

² Luc. xiii. 27.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, et ipso dignam; Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, et ^ustolas exuens, circumdat Archelaum, atque osculis eum defixus amplectitur, et inhæret. Tunc vero infantes, qui forte convenerant primi in Manem, pellere, ac ^xfugere cœperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cum pervidisset Archelaus, elevata in modum tubæ voce sua, multitudinem cupiens cohibere, ait, Cessate, Fratres dilecti, ne forte rei sanguinis inveniamur in die iudicii; scriptum est enim de talibus, quia ¹*Oportet et hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quenque non lateat. Tunc ergo, cum effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo vero minister Archelao traditur a Marcello, quem cum diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem presbyter loci illius nomine, et ipse ^yDiodorus, qui-

^u Forte, *stolam*.

^x *Fugere*, et *effugere*, pro, fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres. (Reponendum *Manes* videtur.)

^y Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hæ. num. 11.

etus et mitis, fidei ac famæ bonæ valde; et cum quadam die Manes, congregata turba, ^zconcionaretur, ac peregrina quædam, et aliena a paterna traditione populo, qui adstabat, assereret, nullum omnino ex his formidans, quod sibi posset obsistere; Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc.

^aARCHELAO EPISCOPO DIODORUS

S. D.

XL. SCIRE te volo, religiosissime Pater, quoniam advenit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui novi testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam vero asserebat longe diversa ab iis, quæ a nostra ^bpaterna traditione descendunt. Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina visa sunt, et infida. Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum et plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; et ideo confisus sum ad explananda nobis hæc, invidia te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum

^z In Casinensi codice, *continuetur*.

^a Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num. 11. ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, *salutem*, deest in codice Casinensi, sed literam, *s*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis existat.

^b Videant hæretici quam clare tam hic, quam infra Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas amplectendasque esse declarat.

aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque, tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Re vera enim vir valde vehemens tam sermone, quam opere, sed et aspectu ipso, atque habitu apparet. Sed et pauca quædam, quæ retinere possum ex iis, quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcunque voluerint de Scripturis assumere, hæc propensius sui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens Apostolicus denotat sermo dicens, *1 Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Itaque post hæc, quæ semel ab Apostolis tradita sunt, ultra non oportet quicquam aliud suscipere discipulum Christi. Verum ne sermonem longius protraham, ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni, sed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Christi; sed esse contrariam et inimicam, alteram alteri obsistentem. Ego audiens, dicebam eis sermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus, *2 Non veni solvere legem, sed adimplere.* Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixisse sermonem; cum enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potius intelligere, quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima ex lege, multa etiam de Evangelio, et Apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimescit; credo quod habeat adiutorem draconem illum, qui nobis semper inimicus est. Dicebat ergo

¹ Gal. i. 8.

² Mat. v. 17.

quod ibi dixerit Deus, ¹Ego divitem, et pauperem facio; hic vero Jesus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quod nemo possit ejus esse discipulus, nisi renuntiaret omnibus, quæ haberet: ²ibi vero Moyses, argentum et aurum ab Ægyptiis sumens, cum ³populo fugisset ex Ægypto: Jesus autem nihil proximi desiderandum esse præcepit. ⁴Deinde quod ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege cavisset expendi; noster vero Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. ⁵Quod ibi Moyses eum, qui sabbato opus fecisset, et non permansisset in omnibus, quæ scripta sunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, sicut factum est ei, qui adhuc ignorans in sabbato fascem ligni collegerat; ⁶Jesus vero in sabbato etiam lectum portare præcepit a se curato; ⁷sed et discipulos in die sabbati vellere spicas, ac manibus confricare non prohibet, quod sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis et variis assertionibus hujusmodi dogmata ab eo summo nisu, atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate apostoli Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere; Jesu vero legem, legem esse vitæ, per id quod ait, ⁸*In quo et idoneos nos c faciat Deus ministros novi testamenti, non litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si* ^dmi-

^c Vulgata, *fecit Deus*, quod magis græco textui consonum est.

^d Vulgata, *Ministratio mortis, literis deformata in lapidibus*; sed nostri interpretis lectio magis ad sensum græci, quo nunc utimur, textus accedit.

¹ Prov. xxii. 2. Mat. v. 3. Luc. xiv. 33. ² Exod. xii. 35.

³ [For. populus.] ⁴ Exod. xxi. 24. Luc. vi. 29. ⁵ Num. xv. 32.
⁶ Marc. ii. 11. ⁷ 2 Luc. vi. 1. ⁸ Cor. iii. 6—11.

nisterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria, ¹ita ut non possent intendere filii Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ ^edestruetur; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod gloriosum factum est in hac parte, propter eam, quæ supereminet, gloriam: si enim quod destruetur per gloriam est, multo magis, quod manet, in gloria est. Sed hoc quidem, sicut ipse nosti, in secunda ad Corinthios epistola. Addit autem ex prima epistola, terrenos esse dicens discipulos veteris testamenti, et animales, ²et ideo carnem et sanguinem regnum Dei possidere non posse. Ipsum quoque Paulum ex propria sua persona dicebat asserere id quod ait, ³*Si ea, quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo*; sed et illud eundem ipsum evidentissime de carnis resurrectione dixisse; ⁴non esse Judæum, qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio; neque secundum literam, legem quicquam utilitatis retinere: ⁵Et rursum quod Abraham habet gloriam, sed non apud Deum: ⁶Tantummodo agnitionem peccati per legem fieri. Sed et alia multa, legi obtrectans, inserebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, dicente eo, movebantur; ⁷et usque ad Joannem igitur aiebat ⁸lex, et prophetæ; Aiebat autem Joannem

^e Infra cap. 42. habet, *aboletur*.

¹ Exod. xxxiv. 35.

² 1 Cor. xv. 50.

³ Gal. ii. 18.

⁴ Rom. ii. 28.

⁵ Ibid. iv. 2.

⁶ Ibid. iii. 20.

⁷ Luc. xvi. 16.

⁸ [For. legem et prophetas.]

regnum cælorum prædicare; ^f nam et per abscissionem capitis ejus hoc esse indicatum, quod omnibus prioribus et superioribus ejus abscissis, posteriora sola servanda sint. Ad hæc igitur nobis, o religiosissime Archelae, paucis rescribe; audivi enim non mediocriter tibi esse in talibus studium; Dei enim donum est, idcirco quod dignis, et amicis suis, sibi-que propositi societate conjunctis, Deus donat hæc munera. Nostrum enim est propositum, ^g præparare, et proximos fieri benignæ ac diviti menti, et continuo ab ea largissima munera consequimur. Quoniam ergo in iis voto et proposito meo sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim me esse confiteor) ad te misi, sicut sæpius dixi, quæstionis hujus solutionem plenissimam recepturus. Incolumis mihi esto, Pater incomparabilis, et honorabilis.

XLI. Accepta hac epistola Archelaus admiratus est hominis audaciam; sed interim Diodori allegationibus ut res suadebat celerem ¹ dare responsum, continuo scripsit hoc modo.

^h ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO
FILIO HONORABILI
Salutem.

ACCEPTIS literis tuis, valde gavisus sum, Dilectissime. Cognovi autem, quod vir iste, qui ante hos

^f In Casinensi, *nam et abscissionem*, ommissa, ut patet, præpositione *per*. Sed et legi potest, *abscissione*.

^g In Casinensi codice legitur, *prepararet proximus fieri benignæ hac diviti menti*. Et infra, *Idiotam me esse confiteor*. Sed ita emendandum esse, uti editum est, nemo, ut arbitror, inficias iverit. (For. reponendum est,—*præparare proximos fieri benignæ ac diviti menti, et continuo*—*consequemur*.)

^h Hanc Archelai epistolam, cum subsequentibus nonnullis us-
¹ [For. *dans*.]

dies ad me venerat, et scientiam, aliam præter eam, quæ Apostolica est, et Ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit; quem quidem ego non admisi, in præsentem enim nobis disputantibus confutatus est. Et velim quidem omnia, quæ a me dicta sunt, scribere tibi, ut ex his agnosceres fidem ejus; sed quia de vacanti fieri poterit hoc, nunc, quod instat, paucis respondere tibi necessarium duxi, ad ea quæ mihi scripsisti, quod ab illo dicerentur. Erat ergo ei ^ksummum studium, legem Moysi ostendere non esse consonantem legi Christi, et hæc ex nostris Scripturis asseverare tentabat. Nos vero ex eadem ipsa scriptura non solum confirmavimus legem Moysi, et omnia, quæ in ea scripta sunt; verum etiam omne vetus testamentum convenire novo testamento, et consonare probavimus, unumque esse textum, tanquam si una vestis videatur ^lex subtegmine atque stamine esse contexta. Hoc solum, quod veluti purpuram videmus in veste, novum testamentum ^min textura veteris testamenti; ⁿgloriam enim Domini in eodem speculamur. Non ergo abjiciendum est ^ospeculum, cum nobis ipsam imaginem rerum similem, veramque ^pdemonstret; quin potius, et eo amplius

que ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobiensi Valesius, cujus varias lectiones adnotamus.

ⁱ Cod. Bob., *feri potest.*

^k Cod. Bob., *suum studium.*

^l In Casinensi est, *ex subtegmine, et quæ stamine.* Sed nos Bobiensis cod. lectionem meliorem esse censuimus.

^m Codd. Casin. et Bob. *in texturam.*

ⁿ Corruptus est hoc in loco Bobiensis codex, quem non recte Valesius correxit. (*um pro enim* cod. habente, ille correxit *Jesu.*)

^o Casinensis non recte, *speculum nobis per ipsam imaginem.* Sed melior alia Bobiensis codicis lectio, quam secuti sumus.

^p Bobiensis, *demonstravit.*

honorandum est. Sed et puerum ^qqui ad doctores a pædagogo perducitur, cum adhuc parvulus est, nunquid cum ad ætatem pervenerit ^rdehonorare ^soportet pædagogum, propterea quod jam opera ejus non indiget, et potest solus jam sine ejus adminiculo ad scholas pergere, atque ad auditoria properare? ^tAut rursus parvulus, qui lacte nutritus est, cum profecerit ad validiores cibos, cum injuria debet abjicere atque exhorrescere nutricis mammillas? quin potius veneratur et colit, et beneficii sui ^udebitor fatetur. Aliud etiam, si videtur, ^xadhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cum vidisset infantem, et jam vehementer afflictum, ^ycollegit eum, et nutrire apud se cœpit, usquequo ad ætatem adolescentiæ perveniret, toleravitque omnes, ^zqui evenire solent nutritoribus, labores. ^aAccedit vero post tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, et invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de justo enim puero mihi sermo est. Nonne multis donis munerato eo, qui se educaverat, sequitur natu-

^q Et hic melior Bobiensis codicis lectio; nam Casinensis habet, *qui a doctore iis a pædagogo.*

^r Codex Bobiensis, *dehonestare.*

^s Codex Casinensis, *oportet, et pædagogum, propter quod ore ejus non indiget.* Et paulo post, *atque plauditoria properare.* Sed nos Bobiensis codicis lectionem expressimus.

^t Bobiensis, *Ut rursus.*

^u Casinensis, *debitorem.* Forte, *et beneficii se debitorem fatetur.*

^x Bobiensis, *adhibeamus.* (For. recipiendum.)

^y Idem codex, *colligit, et nutrire apud se quærit.*

^z Idem codex, *qui venire solent nutricibus labores.*

^a Idem codex, *Accidit vero post tempus, ut is qui &c. requireret puerum, et inveniret eum.*

ralem ^bpatrem pro respectu hereditatis? Ita mihi intelligendum est, magnificum Dei famulum Moysen ^cinvenisse populum afflictum ab Ægyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto ^dtanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo veniret cujus est; et post aliquantum tempus adveniens pater oves recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis, qui ab eo conservati sunt? Quis igitur ita mentis insanæ est, o dilectissime Diodore, ut alienos a se dicat eos, qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, ^equi æqualia, et sibi similia, atque cognata, imo potius germana signa, ac prodigia demonstrarunt? Et primo quidem Moyses ad populum dixit: ¹*Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me.* Jesus deinde ait, ²de me enim Moyses locutus est. ^fVides quomodo dexteras sibi invicem tradunt, ^gquamvis alter propheta, ³alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed et quondam, volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente, non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit

^b Codex Bobiensus, *patrem prospectu.* Et mox, *michi intellige magnificum.*

^c Male Casinensis, *venisse.*

^d Bobiensus habet, *tanquam pater educabat.* *Ut magister regebat et conservabat populum &c.* *Et cum post aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.* (For. *proprias* recipiendum. Et *pastor* pro *pater* velim legere, cum excidisse aliqua post *cujus est* videantur.)

^e Codex Bob. *qui æqualia, atque cognata.* Mox, *ad populum; Prophetam.*

^f Male Casinensis codex, *Unde.*

^g Male Casinensis, *quam.*

¹ Deut. xviii. 18.

² Joan. v. 46.

³ [Heb. iii. 5, 6.]

autem, de quo dicimus, breviter exponam. ¹ Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum ^h poterat invenire. Accidit utrunque vita discedere, et in infernum descendere, et pauperem mitti in locum requiei, et reliqua, quæ nosti. Veruntamen erant divitis fratres quinque, ⁱ ea quæ et ipse egerat agentes, sine dubio quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore, ut edisceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moysen, et Prophetas. Si enim illos non susceperint, ut ab eo velut pædagogo gubernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed et de aliis sermonibus, ut potero, exponam, id est, quod non contraria Moysi locutus est Jesus, ^k aut fecit. Primum quod ait oculum pro oculo, dentem pro dente, ^l hoc justum est; quod autem cæsum præstare jubet et alteram maxillam, ^m hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est? Absit; profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus, ² *Dignus est operarius mercede sua*. Quod si voluerit quis fraudem facere,

^h Codex Bobiensis, *potest*, mala lectio.

ⁱ Codex Bobiensis, *et ea quæ ipse gesserat agentes*. Et infra, *uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham vero*. (For. mox legend. *ediscerent*.)

^k Male Casinensis, *autem fecit*. At in Bobiensi codice sequitur, *Primum quidem, quod ait*.

^l Codex Bobiensis, *in hoc*.

^m In Bobiensi codice hic plura verba desunt; habet enim, *hoc bonitas est. Absit*.

ⁿexigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Israël per operum compulsos in fingendis lateribus, quod cum suppliciis Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit; ^onunquid hoc iniquitas appellanda est? Absit. Illa sane bonitatis est ^pabstinentia, cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ superflua sunt. ^qQuod vero in veteri testamento dictum est: ^rEgo divitem facio, et pauperem; Jesus vero beatificat pauperes, non dixit ^rsecularis substantiæ pauperes, sed pauperes spiritu, id est, qui non superbia ^sinflammantur, sed humilitate ^tse mitigant, et inclinant, ^unon plus sapientes, quam oportet sapere. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Hic enim video et Jesum libenter intuentem divitum munera, cum in gazophylacio ^uofferuntur; et parum hoc est, si a solis divitibus in gazophylacio munera ^xofferuntur;

ⁿ Codex Bobiensis, *et exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat.* Casinensis vero, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat.* Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.

^o Bobien. *exigit, nunquid iniquitas.*

^p Hinc patet Valesium recte ad marginem emendasse Bobiensis codicis lectionem, quæ habet, *absentia.*

^q Codex Bobiensis, *Quod ergo, et mox, Jesus beatificat.*

^r Codex Bobiensis, *sæculari substantia.* (For. præferendum hoc est.)

^s Forte, *inflanantur.*

^t Codex Bobien. *humilitate mitigant.*

^u Codex Casinen. *offeruntur, et pauperum hoc est.* Bobiensis autem, *offeruntur; et parum hoc est,* quæ vera est hujus loci lectio.

^x Codex Bobiensis, *inferuntur.*

¹ Prov. xxii. 2. Mat. v. 3.

² Rom. xii. 3.

imo vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat de suscipienda pecunia demonstratur. Ille enim ^y ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, scriptum est, ¹ *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Rursum video centurionem valde divitem, et seculari præditum potestate fidem habere plusquam ^z omnem Israëlitam; ut si quis fuit, etiam qui renuntiaverat, a centurione superatur in fide. ^a Sed dicet nobis quis, non est ergo bonum renuntiare divitiis? Bonum, inquam, his, qui possunt; ^b sed abuti divitiis ad opus justitiæ atque misericordiæ parem gratiam tribuit, ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse sabbatum, non plane destruxit; ² ipse enim ^c Dominus erat sabbati; tanquam si sponsi quis custodiens thorum diligenter ^d extractum, a nullo alio extraneo vexari vel contingi ^e patiatur, usquequo ipse sponsus adveniat, et cum advenerit, strato suo, sicut libuerit, utatur, vel hi, quos ipse secum jusserit introire. Testimonium etiam dedit his, quæ dicimus, cælesti voce ipse Do-

^y Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant suscipiebat.*

^z Idem codex, *omnem Israël; ut si quis fuerit.* (For. paulo post, *superetur.*)

^a Codex Bobiensis, *dicit.*

^b Bobiensis codex, *sed et abuti.* Forte, *sed et uti, vel, sed etiam uti.* (*Abutor pro utor usitatum est.*)

^c Codex Casinensis, *Deus.*

^d Ita cod. Bobiensis; nam Casinensis male, *extruxit.*

^e Idem codex, *patitur.* Et mox, *quos secum.*

¹ Luc. xiv. 33. Mat. viii. 10.

² Mat. xii. 8.

minus Jesus Christus dicens, ¹ *Nunquid potestis ^f filios sponsi facere jejunare, donec cum ipsis est sponsus?* Sed circumcisionem non abjecit, quin potius ipse pro nobis in semitipsum causam circumcisionis ^g excepit, labore nos relevans, et pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest circumcidenti se quidem, et adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissimæ ^h viæ spatia compendioso nobis tramite demonstrare, ne forte, cum longa spatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; et dum ² deforis quidem splendidi hominibus apparemus, intrinsecus lupis rapacibus comparemur, aut sepulchris conferamur dealbatis. ⁱ Multo enim ille huic præferendus est, qui veste squalida, ac detrita circumdatus, nihil mali in corde suo conclusum retinet adversus proximum suum. ^k Cordis enim circumcisio sola salutem confert; nihil præstat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcissione muniatur. Audi etiam quid dicit Scriptura, ³ *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt.* Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim ¹ compendia viæ, si possum mundus esse corde, sicut et si quis prævaleat in ⁴ duobus mandatis omnem legem

^f In græco est *υιοι νυμφωνος, filii thalami sponsalis*, seu, ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ meliores sunt hujus loci versiones.

^g Codex Bobiensis, *suscepit.* (For. recipiendum.)

^h Codex Bobiensis, *viæ compendiosum nobis tramitem demonstrare.*

ⁱ Idem codex, *multum enim.* (For. *hic pro huic* scribendum.)

^k Idem codex, *cordis ergo.* Et mox, *nihil præstante carnali.* Et infra, *muniatur.*

¹ Idem codex, *compendium viæ.*

¹ Marc. ii. 19.

² Mat. xxiii. 27. et vii. 15.

³ Ibid. v. 8.

⁴ Mat. xxii. 40.

implere, et prophetas? Post hæc vero omnia edocet apostolorum maximus Paulus ^mdicens, ¹*Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Quid ergo mihi opus est ⁿcircumcisione, cum possim et in præputio justificari? Et scriptum est, ^o*Siquis circumcisisus est, non adducat præputium, aut si quis in præputio est, non circumcidatur. Utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei.*² Cum ergo nullum possit salvare circumcisio, non magno-pere requirenda est; maxime cum si quis in præputio vocatus fuerit, et circumcidi voluerit, continuo ^pprævaricator legis efficiatur. Si enim circumcisor, et mandata legis adimpleo, ut salvari possim; incircumcisisus, et in præputio positus, multo magis mandata custodiens, habebō vitam. ³In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam ^qliteræ per atramentum, in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim ^raliquis dives multis auri atque argenti ^stalentis, ita ut omne domestici usus ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum, in nullo vasis fictilis speciem requirit; sed non prop-

^m Idem codex, *dicens, experimentum.*

ⁿ Idem codex, *circumcisio.*

^o Melius Vulgata juxta fidem græci textus, *Circumcisisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.*

^p Codex Bobiensis, *Prædicator legis.* mala lectio. (Spiritualis lex hæc inter designatur.)

^q Legendum forsitan, *litera*, ut cum D. Pauli loco in epistola ad Romanos, ad quem Archelaus respicit, concordet.

^r Male Casinensis codex, *aliquis.*

^s Bobiensis, *talentis repletus, ita omne.*

¹ 2 Cor. xiii. 3.

² 1 Cor. vii. 18.

³ Rom. ii. 29.

terea ^tfiguli opus, aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est; ita etiam ego gratia Dei ^udives factus, et cordis circumcisionem consecutus, nequaquam vilissimæ illius circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Absit. Quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in ^xepistola prima Apostoli ^yplenissime tractata.

XLIII. De velamento vero Moysi, et de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo ^zpropositus, ¹*Quod si ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur; et reliqua, tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi, quod est amicum nobis. Quod si destruitur, et velamen ^ahabet lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, si tantum in eo*

^t Codex Bobien. *figuli opus aufers, aut fictilium.* Casinensis vero, *figuli opus et ars aut fictilium;* sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium,* uti editum est.

^u Codex Bobien. *dives factus sum, et cordis circumcisionem consecutus, nequaquam.* At Casinensis, *dives factus, et circumcisionem consecutus, nec quenquam.* Nos Casinensem, ex Bobiensi partim supplevimus, partim emendavimus.

^x Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæresi 42. ubi crimini vertit Marcioni, quod Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.

^y Male cod. Bobien. *plenissime pertractans.*

^z Male cod. Bobiensis, *propheticus.* Et mox, *literis firmatum.*

^a Bobiensis codex, *si habet.*

¹ 2 Cor. iii. 7.

^b gloria sit. Neque vero omnigene in ignobilitatem redigitur, quod ^c destruetur. Cum enim de gloria disputat Scriptura, ^d scisse se differentias gloriæ testatur, ¹ *Alia enim, inquit, e gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum; stella enim a stella differt in gloria.* Si enim sol majorem habet gloriam, quam luna, non continuo in ignobilitatem luna redigitur. Ita et si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, tanquam Dominus famulum, non continuo respuenda est gloria Moysi; ita enim possumus satisfacere auditoribus, sicut et verbi ipsius ^f natura persuadet, ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes, vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam soli; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius ^g servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lu-

^b Codex Bobien. et hic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque vero, omni genere in nobilitate.* Valesius recte emendat, *in ignobilitatem.*

^c Cod. Bobiensis, *destruitur.*

^d Idem codex. *scis esse differentias gloriæ; alia enim gloria.* Mala lectio.

^e Vulgata, Irenæus lib. ii. cap. 24. et Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum capite 58. habent, *claritas, pro, gloria.* Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Resur. Carnis cap. 52. (Addas SS. Hilarium et Augustinum.)

^f Bobiensis, *natura demonstrat.* Mox, *exemplis manifestus.* Et infra, *sol exortus.*

^g In codice Bobiensi, *servabit.* Male Casinensis codex, *observavit.* Et infra, *ante quam lucerna.* E contra pejor in sequentibus Bobiensis codicis lectio, ubi sic se habet, *sol nobis verus Salvator orietur, sicut ait, et illuminat tibi Christus. Sed qui dicit.* (Convenientia cæteris verbis essent *abjicit et servabit.*)

¹ 1 Cor. xv. 41.

cerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster ori-
retur, sicut et ait, ¹*Et illuminabit Christus*. Sed
quod dicit, ²*Obscurati sunt sensus eorum*. *Usque in*
hodiernum enim ipsum velamen ^h*manet in lectione*
veteris testamenti. *Non revelatur, quia in Christo*
ⁱ*destruitur*. *Usque in hodiernum enim, cum legitur*
Moyzes, velamen est positum super cor eorum. *Cum*
autem conversus ^k *fuerit ad Dominum, auferetur vela-*
men. *Dominus autem spiritus est*. ¹*Quid inquit?*
Usque in hodiernumne præsens est Moyzes, non dor-
mivit, non requievit, non ^m*abscessit e vita? Quo-*
modo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi
dicit, positum ⁿ *supra cor eorum, in lectione eorum*.
Hæc est vox, quæ arguit filios Israël, legentes Moy-
sen, et non intelligentes, neque convertentes se ad
Dominum, quoniam ipse est, qui a Moyse propheta-
tus est venire. Hoc est velamen, quod erat positum
super faciem Moysi, quod est testamentum ejus;
^o ait enim in lege, ³*Non deficiet Princeps ex Juda,*
neque Dux ^p *de femoribus ejus, usquequo veniat,* ⁴*cu-*

^h Codex Bobiensis, et Vulgata ita legunt, sed in Casinensi
habetur, *tenet et in lectione*.

ⁱ Codex Casinensis, *destruetur*, lectio Vulgatæ contraria, quæ
etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta fidem græci textus.

^k Codex Bobien. *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen*.
Vulgata etiam habet, *auferetur*. At in Casinensi codice est,
aufertur.

^l Casinensis, *quod*, mala lectio.

^m Codex Bobiensis, *abscessit vita? Quamobrem ergo in hodie-*
rum.

ⁿ Idem cod. *supra cor eorum*. *Hæc est*.

^o Idem codex, *ait enim intellige*, et mox, *de Juda*.

^p Cod. Bobien. *de femore ejus usquequo veniat, qui est*. Cæte-

¹ Eph. v. 14.

² 2 Cor. iii. 14—17.

³ Gen. xlix. 10.

⁴ [Prudentio Marano viro doctissimo ad Justinii Apol. i. §. 32.

jus est, et ipse erit expectatio gentium. ⁹*Qui alligabit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uræ indumentum suum.* ¹*Suffusi oculi* ¹*ejus a vino, et candidi dentes ejus a lacte, et reliqua.* Qui etiam et unde venturus esset designavit dicens, ²*Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audite.* Et quidem quia non possit intelligi, hoc ³de Jesu ⁵Nave dictum esse,

rum ista hujus loci interpretatio longe diversa est a Vulgata, et ab antiquioribus versionibus, quas exhibent Tertullianus [Novatianus] de Trinit. cap. 9. et Cyprianus adv. Judæos lib. i. cap. 21. Sed nec græco LXX. Interp. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. MSS. et apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

⁹ Cod. Casinensis, *quia alligabit*; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobiensis, *alligavit*.

¹ Codex Bobien. *effusi oculi*. Mox, *Qui enim*. Mox, *designavit, Prophetam*.

⁵ In Bobiensi inepta lectio, *Mane*.

videtur hoc esse librariorum erratum pro *cui jus est*. Quæ quidem lectio restituta propius illi accedit quam novimus fuisse veteribus usurpatam $\hat{\phi}$ ἀπόκειται, *cui repositum est*. Videsis hac de re Cotelierium ad *Constit. Apost.* lib. vi. cap. 11. sub finem: qui præterea ad earumdem *Const.* lib. i. cap. 1. præclare versum censet heic ejusmodi Geneseos locum: *qui alligavit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ*. GALLANDI.]

¹ [De hac lectione fuse disputat Græbius in Dissert. de variis vitiis LXX. Interpp. §. 19. pag. 36. Quo ex loco nonnulla excerpta dedimus ad Justinii *Dial. cum Tryph.* §. 52. GALLANDI.]

² Deut. xviii. 18.

³ [Corruptam lectionem *de Jesu Mane* viderat jam pridem in Valesiana editione hujus Disputationis Cotelierius ad *Barnabæ Epist.* cap. 12. ubi de hoc nomine pro more suo disserit erudite. GALLANDI.]

manifestum est. Nihil enim hujus ¹circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Juda reges fuerunt post ipsum, et ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. ^tEt hoc est velamen, quod est in Moysen; neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is, qui appellatur antiquitus Israël, expectat adventare Christum, non ^uintelligentes, quia defecerunt ex Juda principes, et ex femoribus ejus duces; sicut nunc videmus ^xregibus eos, principibusque subjectos tributa pendere, nulla sibi potestate vel judicandi, vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, ²quia Thamar, posteaquam condemnauerat, potuit ^yjustificare. ³*Sed et videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros.*

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima ^zadscriptio in eis facta est, et cœperunt tributa pendere, et census dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari, atque expectari, ex eo principes ex Juda esse cœperunt, et duces populi, qui rursus

^t Codex Casinensis. *Et hæc est velamen, et infra, vel pellis.*

^u Cod. Bobien. *intelligens.* (Mox *principes* idem codex, ubi Zacagnius habet *princeps*, sed et sequentia conferas.)

^x Male Bobiensis codex, *regibus eos, regibusque subjectos.*

^y Cod. Bobien. *justificare. Sed videbitis.* Casinen. *justificari. Sed et videbitis.*

^z Bobiensis codex, *abscriptio.* Mox, *cæperuntque.* Et infra, *Dominus meus.*

¹ [For. reponendum *circumstationis.*]

² Gen. xxxviii.

³ Deut. xxviii. 66.

defecerunt ^a in adventu præsentiaë ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illa lectione positum est, ^b intelligent virtutem circumcisionis, invenient et generationem ejus, quem prædicamus, et crucem, et quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis discutere unumquemque ^c sermonem, et ostendere, ut intelligi dignum est; sed quoniam nunc aliud est, quod urget, ^d de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causa velamen positum super cor quorundam in lectione veteris testamenti. Quicumque vero ad Dominum convertuntur, ab iis ^e velamen aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in sese, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, ^f quo ait: ¹ *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me*; in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, ^g scientis eum, qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, et similia signa, ac prodigia ostensurum. ² Ibi enim Moyses natus, a matre

^a Idem codex, *in adventum*.

^b Idem codex, *intelligens*. Et infra, *ipsa quæ de eo*.

^c In codice Bobiensi mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi, dignum est. Dixisse nunc sufficit*.

^d In Casinensi est, *de vacantibus*; sed legendum, *de vacanti*. Sic supra cap. 41.

^e Codex Bob. *velamentum*.

^f Codex Bob. *quod ait*.

^g In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scientes*; sed Valesius, *scientis*, emendandum censuit, cujus sententiæ ad stipulati sumus. Infra Bobiensis, *et amplius*.

¹ Deut. xviii. 18.

² Exod. ii.

sua ^h in thibin positus, exponitur ad ripas fluminis: ¹hic Dominus noster Jesus Christus natus ex ⁱmatre sua Maria, per Angelum fugatur in Ægyptum. ²Ibi Moyses educens populum de medio Ægyptiorum, salvavit; et hic Jesus populum de medio Pharisæorum educens, æternæ tradidit saluti. ³Ibi Moyses per orationem petens, e cælo accepit panem, quo pasceret populum in deserto; ⁴hic ^kDominus meus Jesus virtute propria ex quinque panibus viros quinque millia satiavit in deserto. ⁵Ibi Moyses cum probaretur, positus in monte jejunavit quadraginta dies; ⁶et hic Dominus meus Jesus a Spiritu actus in desertum, cum tentaretur a Diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. ⁷Ibi in conspectu Moysi, propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; ⁸et hic Jesu nascente, propter infidelitatem Herodis, omne ^lmasculinum Judæorum subito perit. ⁹Ibi Moyses orat, ut parcatur a plagis Pharaoni, ac populo ejus; et hic Dominus noster Jesus orat indulgeri Pharisæis, dicens, *Pater ignosce eis, quoniam nesciunt quid faciant.* ¹Ibi Moysi vultus resplenduit ^min gloria Domini, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem ejus propter gloriam

^h Thibis, *θίβις*, apud LXX. est fiscella scirpea in Vulgata. Mox Bobien. *ripam*.

ⁱ Codex Bobiensis, *matre Maria*.

^k Codex Bobiensis, tam hic, quam infra, *Dominus noster*. Mox, *saturavit*.

^l Idem, *masculum*. Mox, *pro populo*. Infra, *Pharisæis*, *Pater*. Mox, *quid faciunt*.

^m Codex Bobiensis, *in gloriam*.

¹ Mat. ii. 13. ² Exod. xiv. ³ Exod. xvi. ⁴ Mat. xiv.

⁵ Exod. xxxiv. ⁶ Mat. iv. 2. ⁷ Exod. xii. ⁸ Mat. ii. 16.

⁹ Exod. viii. Luc. xxiii. 34. ¹ Exod. xxxiv. 35.

vultus ejus; ¹ et hic Jesus Christus Dominus respicendit sicut sol, et Discipuli ejus non poterant ⁿaspicere in faciem ejus propter gloriam vultus ipsius et immensum luminis splendorem. ²Ibi Moyses eos, qui ^ovitulum statuerant, gladio dejecit; et hic Dominus Jesus ait, ³*Veni gladium mittere super terram, et ^pdividere hominem a proximo suo*, et reliqua. ⁴Ibi Moyses ^qin caliginem nubium aquas ferentium sine metu incessit; et hic Dominus Jesus cum omnipotestate super aquas ambulavit. ⁵Ibi Moyses imperavit mari; et hic Dominus Jesus, cum esset ^rin mari, surgens imperavit ventis, et mari. ⁶Ibi Moyses cum impugnaretur extensis manibus certavit adversus Amalech; et hic Dominus Jesus impugnatis nobis, et pereuntibus violentia erratici spiritus, qui nunc ^sin justis operatur, extensis in cruce manibus, salutem dedit. Sed et alia multa prætereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te ^tlibellum hunc velociter mittere, quæ tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem ^umihi omne, quod

ⁿ Idem, *respicere*. Mox, *vultus ejus*.

^o Codex Bobien. *vitulum fecerant*.

^p Melius Vulgata, *separari hominem adversus patrem suum*, et Tertull. adver. Gnosticos cap. 10. *dividere hominem* &c.

^q Bobiensis codex, *in caligine*.

^r Idem codex, *in navi*. (For. recipiendum.)

^s Codex Bobiensis, *in istis*. (For. legend. *in injustis*. Conf. Eph. ii. 2. De Moysis autem et Domini Jesu manibus extensis, videsis vol. iii. *Reliquiar.* p. 472.)

^t Codex Bobien. *velociter libellum*.

^u Idem, *mihi, charissime, quid postea*.

¹ Mat. xvii. 2.

² Exod. xxxii.

³ Mat. x. 34.

⁴ Exod. xxiv. *in fine*. Mat. xiv. 25.

⁵ Exod. xiv. Mat. viii. 26.

⁶ Exod. xvii.

postea egerit adversariæ partis minister. Incolu-
mem te anima, et spiritu custodiat ^xDeus omnipoten-
s.

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, et collecto
ex ea sensu, confligit adversus Manem, ita ut ab
omnibus collaudaretur, quod diligenter, et competen-
ter ostenderit, duorum testamentorum, atque utrius-
que ^ylegis inter sese cognationem. Plura etiam ex se-
metipso inveniens, objecit ei valida valde et fortia pro
veritate. Conclisit etiam adversarium Diodorus ^zex
nominibus, dicens ita; Dixisti duo esse testamenta,
dic ergo duo esse vetera, aut duo nova? Eiusdem
enim temporis, vel potius æternitatis, duo asseris
esse ingenita; et si duo sunt, duo esse ^aoportet
vetera testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non
dicis, sed unum esse vetus, et aliud novum, ^brursum
unus utriusque auctor ostenditur, et ejus esse vetus,
cujus et novum, consequentia ipsa ^cedocet: veluti si
quis dicat ^dhomini, loca mihi veterem domum tuam,
^enonne per hoc etiam novæ domus dominum eum
esse pronunciat? Aut rursus si dicat ei, novam do-
mum tuam præsta mihi; nonne eodem verbo etiam

^x Codex Casinensis, *Deus omnium*.

^y Male Casinensis codex, *legis inesse cognitionem*. Male et infra
Bobiensis *veniens, objecit*. Sed et Casinensis pro, *objecit*, male
habet *objecta*.

^z Ridicula est hic Bobiensis codicis lectio, in quo scribitur, *ex
navibus*; e contra Casinensis mox habet, *dicens ita, dixit*, mala
itidem lectio.

^a Cod. Bobien. *oportet et vetera*.

^b Male Casinen. *rursus omnis utriusque*.

^c Codex Casinensis, *docent*.

^d Hæc est Bobiensis codicis lectio; nam in Casinensi est, *ho-
mini diviti mihi*, nullo sensu. Forte, *dimitte mihi*.

^e Codex Bobien. *non per*; sed in seq. habet *nonne*.

veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia ^fex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquemque ipsorum vetus testamentum, et fient duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, et sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu vero, qui dicis legem Moysi esse maligni Principis, et non boni Dei, dic mihi, qui erant illi, qui resistebant in faciem Moysi, Jannem dico, et Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimet ipsi resistit, sed alii, aut meliori, aut deteriori, ¹sicut Paulus indicat ad Timotheum in secunda Epistola sua ^gscribens. *Quemadmodum Jannes, et ²Mambres restiterunt Moysi; ita et isti restiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient.* ^h*Insapientia enim eorum omnibus nota est, sicut et illorum fuit.* Vides quomodo Jannem, et Mambrem hominibus comparat corruptis mente, et reprobis circa fidem; Moysen vero veritati. ³Sed et Sanctus Joannes maximus Evangelistarum ait, gratiam gratia præstare, et differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. ⁴Quod ostendens etiam ipse Dominus noster

^f Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, et fient, &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum.* Sed ipsum male conjecisse Casinensis codex ostendit.

^g Cod. Bobien. *ita scribens.*

^h Codex Bobien. *Insapientia enim illorum manifesta erit omnibus sicut, &c.* quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.

¹ 2 Tim. iii. 8, 9. ² [Græca habent Ἰαννης.] ³ Joan. i. 16.

⁴ Ibid. v. 45, 46, 47.

Jesus aiebat, ⁱ*Non putetis, quia ego vos accusabo apud Patrem. Est qui vos accuset Moyses,* ^k*in quem vos speratis; si enim* ^l*crederetis Moysi, crederetis utique et mihi; de me enim ille scripsit. Quod si literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam ^malia multa, quæ dici possent et de Apostolo Paulo, et de Evangeliiis, ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius, quam Domini, cujus est novum Testamentum, quæ nos competenter ⁿexponere, et aptare convenit. Jam vesper impedit, dies enim clauditur, et finem nos disputandi facere par est; crastino autem ^onobis, de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt^p.

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans præsentem esse Archelaum, rursus Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertibat, eum hominem esse simplicem, et non satis scripturarum quæstionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo et

ⁱ Codex Bobiensis, *Non potestis*. pessima lectio.

^k Casinensis codex, *Moyses, quem*. lectio rejicienda.

^l Codex Bobiensis, *creditur Moysi, crederetis utique forsitan et mihi*.

^m Codex Casinensis, *alia plura jam, quæ dici possint*.

ⁿ Codex Bobiensis, *exponere et a Patre ut convenit*, quæ verba cum nullum habere sensum vidisset Valesius, *exponere et aperire ut convenit*, emendandum esse putavit: et quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.

^o Codex Bobiensis non recte, *vobis*.

^p Huc usque edidit Valesius.

turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, et Manes jam verba facere cœpisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, et omnes, qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus, quo quæstio movebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliqua religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, et supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum Archelai, velut apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus, et tam promptus existeret. Et cum dextera silentium poposcisset a populo (tumultus enim non mediocris extiterat) hoc modo cœpit Archelaus. Tametsi ¹prudentiam, gloriam etiam, nostrorum nonnulli assecuti sunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim et certus sum, Fratres, quoniam ²Diodoro non pro ipsius ³impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli ⁴viri illustris gratia, volens eum divertere a nostra doctrina et a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; et tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere, et movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Mar-

¹ In codice Casinensi erat, *Diodorus*, nullo sensu.

² Male Casinensis, *viri in legis gratia*.

³ [An legendum prudentia ?] ⁴ [*Impotentia advaria*, quam quidem vocem fortasse interpres invenit.]

cellus petrae, ¹in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis, et cum descendisset pluvia, et irruissent flumina, ac venti, et illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis et immobilibus fundamentis: huic autem, qui præsens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; si quidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiae tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum; et similis ^sfacere astrologo, describenti quidem cælestia, ignoranti vero quæ suæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre questionem, jam sileam; de iis vero dabo ipsi potestatem, sumat quodcumque vult propositionis et questionis initium. Vos tantummodo, sicut superius dixi, indeclinabiles Judices esse quæso, ut vera dicenti honorem verum, palmamque tradatis.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibus facto, ita exorsus est. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obtundis, licet tale sit Apostolorum genus, patiens, et ferens omnia, etiamsi eos convitiis quis, aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum, et si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim solum oportet ²*timere, qui potest animam, et corpus perdere in gehennam.* ARCHELAUS DIXIT, Absit a me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpessus es a me, vel a

^s Forte, *factus est.*

¹ Mat. vii. 24.

² Mat. x. 28.

nostris? et quidem cum obtrectares, atque injuriam irrogares, et cum detraheres de paternis nostris traditionibus, et cum velles animas hominum bene institutas, ac diligenti cautela servatas interficere, quibus utique ^trepensari non possunt universæ mundi divitiæ. Veruntamen propter quod assumis, o Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas, dicito? Verborum enim nuda jactatio non poterit præsentī multitudinī satisfacere, ut agnoscant qui nostrum rectius obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc prius dicito, cum prius dicendi acceperis facultatem. MANES DIXIT, Si non iterum his, quæ a nobis recte dicuntur, infideliter resistis, dicam; si autem talis existis, qualem te prius sensi, dicam adversus Diodorum, declinans inquietudinem tuam. ARCHELAUS DIXIT, Prædixi jam, quod abutimur inanitate verborum. Si quis ^tnostrum resistere infideliter invenitur, Judicibus hæc permittite discernere; tu autem quid asseras, dicito. MANES DIXIT, Si non iterum resistis his, quæ a me iterum recte dicuntur, incipiam. ARCHELAUS DIXIT, Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me, aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis, veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim quia malum semper permanet malum, et bonum semper permanet

^t Casinensis codex, *nostrorum*.

^t [For. repensare.]

bonum, vim verbi istius penitus ^uignorans. MANES DIXIT, Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum, ^xut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas? quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, et est idoneus ad dicendum, desine tu, et noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen postea in numero ejusdem gregis, ^ysicut vox Jesus ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? MANES DIXIT, Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse ^zconfitear; ipse enim testimonium dat, ¹quia de sinibus Patris descendit. Et, ²*Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et, ³*Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Et, ⁴*Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israël.* Sunt et alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, et non natum esse. Quod si potentior illo es, et magis scire potes, quod verum est, quomodo jam illi credimus? ARCHELAUS DIXIT, Neque illo potentior sum, servus enim sum, et neque æqualis Domini mei esse pos-

^u In Casinensi, *ignoras.*

^x In codice Casinensi est, *aut etiam*, lectio improbanda.

^y Casinensis, *sicut vos Jesus.* (*Sicut vox Jesus ostendit.* An quia *servator vox valet?*)

^z In codice Casinensi est, *confitetur*, librarii errore, ut palam est.

¹ Joan. i. 18. et iii. 13.

² Mat. x. 40.

³ Joan.

vi. 38. ⁴ Mat. xv. 24.

sum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his, quæ ab ipso dicta sunt, et hæc indeclinabilia esse confirmo. MANES DIXIT, Similis tui quidam cum ei aliquando dixisset, ¹ *Maria mater tua, et fratres tui foris stant*, non libenter accipiens, eum qui dixerat, increpavit dicens, *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* et ostendit eos, qui facerent voluntatem suam, et matres sibi esse, et fratres: sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex ea habuisse monstratur. Et dic utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo et multos Christos, si ex eodem Spiritu Sancto generatos ^a dixeris, habuimus. Quod si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, et immaculata ^b ecclesia. Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph; dic an fratres habuerit? Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis, ^c o prudentissime Marcelle? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini; unde ei fuisse fratres as-trues? Quod si fratres ei fuisse non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille, ² qui scribere ausus est, *Ecce mater tua, et fratres tui foris*

^a In Casinensi, *dixerint habuimus*. *Quid*. Sed obvia est hujus loci emendatio.

^b *Vox, Ecclesia*, videtur supervacanea, et per librarii errorem adjecta. Certe sine ipsa integer est hujus loci sensus. (An cogitat de initio capitis duodecimi Apocalypsis?)

^c Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.

¹ Mat. xii. 47.

² [Confer capitis finem.]

stant? Quod etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior, aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem, aut fratres suos; ¹sed et Davidis ^desse non dignatur audire. Apostolus Petrus Discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit: cum singuli opiniones suas, quas de ipso habebant, promerent, ait, ²*Tu es Christus filius Dei vivi*, et statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus celestis*. Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim qui dixerat, *Ecce mater tua foris stat*, respondit, *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit, *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro; si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quod si prior fefellit, causa ad scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum Apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, et Archelao nil habente, quod his posset opponere; hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur, ³*Propter quod Deus eum exaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen*; neque in testimonio quis æqualis ei

^d Casinensis codex *David Jesse*.

¹ Mat. xxii. 42.

² Mat. xvi. 16.

³ Philip. ii. 9.

esse poterit, et ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc, quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim quia eum, qui nuntiaverat ei de matre, aut de fratribus, increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod scriptorem fefellit. Neque is, qui annuntiavit ei de matre et fratribus increpatus est, neque Petrus supra illum solus beatificatus est; sed uterque ab eo dignam responsionem propria interrogatione percepit, sicut in consequentibus sermo monstrabit. ¹Cum quis parvulus est, cogitat sicut parvulus, sapit ut parvulus; cum autem perfectus fuerit vir, destruentur ea, quæ sunt parvuli, id est, dum ad præora se quis extendit, obliviscatur quæ post se sunt. Unde Domino nostro Jesu Christo docente, et curante humanum genus, uti ne simul omnia deperirent, cumque in talibus studiis mens omnium auditorum esset intenta, non opportune ingressus hic nuntius de matre ejus suggessit, ac fratribus. Quid enim? ^edebitne etiam ²se ipso judicante, derelinquere eos, quos curabat, et quos erudiebat, et cum matre ac fratribus colloqui? Nonne continuo de hoc ipso detraheres? ^fCum enim peccatis onustos et gravatos ad discipulatum delegit duodecim numero, quos et Apostolos nominavit, dicens eis, ³relinquite matrem et patrem, ut me digni efficiamini, ut ultra non possit eis memoria

^e In codice Casinensi, *Debit et etiam*. Mala lectio.

^f In codice Casinensi corruptissimo legitur, *Cum enim peccatis bonus et gravatus ad discipulatum diligit duodecim numero*. Nos quantum per conjecturas licuit, hujus loci menda sustulimus, et fortasse paulo post pro, *dicens eis*, legendum est, *dixit eis*.

¹ 1 Cor. xiii. 11. Philip. iii. 11.

² [Scribendum est *te ipso*.]

³ Mat. x. 37.

patris, aut matris robustum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei, ibo, et sepe-
 liam patrem meum, ait, ¹*Dimitte mortuos sepelire
 mortuos suos.* Intuere ergo quomodo Dominus meus
 Jesus ^gad necessaria discipulos ædificat, et pro me-
 ritis unicuique sancta verba committit. Ita et in eo
 tempore, quo importune annuntiaverat quidam ei de
 matre, non complectitur pro matris præsentia pa-
 ternum præterire præceptum. Ut autem tibi osten-
 dam hæc ita esse; Petrus aliquando, cum jam beati-
 ficationem fuisset ab eo consecutus, ait ad Jesum,
²*Propitius esto Domine, non erit tibi istud,* cum dix-
 isset ei Jesus, quia ^hoporteret filium hominis ascendere
 Jerosolymam, et occidi, et tertia die resurgere; re-
 spondens ait Petro, *Vade retro Satana, quia non sapis
 quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt.* Quoniam ergo
 existimas illum, qui ei de matre renuntiaverat, et
 fratribus, increpatum esse ab Jesu; istum vero, qui
 paulo ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi,* beatitudi-
 nem consecutum; vide quia magis ⁱhunc prætulit
 Jesus, cui et clementius, et cum venia responsum
 dare dignatus est; Petro vero post illam benedic-
 tionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo
 quod naturam rei sibi dictæ non diligenter advertet-
 rit. Illius enim nuntii error responsi ratione corri-
 gitur; hujus vero tarditas intellectus acerbiori incre-
 patione damnatur. Ex quo advertere potes, quod
 Dominus Jesus interrogationum sibi opportunitate
 servata, dignum promat singulis, opportunumque

^g In eodem codice, *ad necessariam.*

^h In eodem codice, *oportet*, secus atque habet Vulgata editio.

ⁱ In codice Casinensi est, *huic.*

¹ Luc. ix. 60.

² Mat. xvi. 22.

responsum. Quod si, ut ais, ex eo quod verum dixerat, Petrus beatificatur, et pro eo quod fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cum Dæmones eum confiterentur, dicentes, ¹*Scimus te* ^k*qui sis sanctus Deus*, increpavit eos, et ¹*silere* præcepit? Cur non (si quidem confitentium se testimoniis delectatur) etiam istos, sicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus est? Quod si hoc absurdum est, relinquatur ut pro loco, pro tempore, pro personis, pro rebus, pro accidentium salute, ea quæ dicta sunt, intelligamus, uti ne temere pronuntiantes, digna coërcitione feriamur. Et ut te magis ac magis edoceam, multo amplius illum, qui de matre nuntiaverat, honoratum: (tu autem oblitus rei, quæ nobis proposita est, in aliud conversus es:) audi ergo breviter; si enim volueris diligentius intueri quæ dicta sunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cum adversus hostem processisset armatus, et cogitaret atque disponderet quemadmodum posset manum sibi hostilem atque barbaram subjugare, cumque in multa esset cura, et solitudine constitutus, in medio adversariorum positus, ac postea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa sollicitudo immineret, quemadmodum eos, qui secum laboraverant ^m*ac pondus*

^k In codice Casinensi, *quis es*. Sed librarii error nobis visa est illa lectio.

¹ In eodem codice est *sinire*. Sed *silere*, legi debere nos sacer textus edocet. Vide tamen an, *sinere*, legendum sit.

^m In codice Casin. *ac pondus bellico tolerarant*. Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant*. Fortasse tamen rudis interpres scripserat, *ac pondus belli contoleraverant*.

¹ Luc. iv. 34.

belli toleraverant, procuraret, quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domesticis suggerere aliqua cœpit. At ille admiratus est audaciam, atque importunam suggestionem, et morti tradere hujusmodi hominem cogitabat; quod nisi de carissimis affectibus talis nuntius extitisset, eo quod incolumes esse hos, et recte ac prospere agentes omnia nuntiasset, dignum protinus potuit excepisse supplicium. Quæ enim erat cura alia regis, belli duntaxat tempore, nisi provincialium salus, nisi dispositio rei militaris? Ita et Domino meo Jesu Christo pugnanti adversum passiones, quæ profunda viscerum obsederant, et ¹curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devincti, et inclinato omni nisu pro salute universitatis; ille nuntius importune adveniens de matre et fratribus nuntiavit. Et potuit quidem similem Petro, aut etiam graviolem accepisse sententiam; sed matris et fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed et amplius adhuc omnibus ostendere cupio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundum tu dicis, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quod si non est passus, Crucis nomen aufertur. Cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mortuis resurrexit. ²Quod si Jesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quod si nullus resurget, nec judicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec judicer. Quod si non judicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiæ locus est, ³man-

¹ [Ponendum est *curanti* pro *curans*.]
lum in 1 Cor. xv. idem docentem.]

² [Secutus est aposto-

³ 1 Cor. xv. 32.

ducemus et bibamus, cras enim moriemur. Hæc autem omnia connectis, ⁿnegans quod de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, et passio subsequatur necesse est, et passionem resurrectionis, et resurrectionem iudicium, et salva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, et prophetiæ in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra omnis spes in Beatæ Mariæ partu suspensa est; et ideo responde mihi ad singula, quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas et tales Apostoli voces, quæ dicunt, ^o*Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, misit Filium suum factum ex muliere*¹? Et iterum, ²*Pascha nostrum immolatus est Christus.* Et quia, ³*Deus, et Dominum suscitavit, et nos* ^p*cum illo suscitabit per virtutem suam.* Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud, ⁴*Quomodo dicunt quidam in* ^q*vobis, quia resurrectio mortuorum*

ⁿ Ita legendum censui, licet in codice Casinensi scribatur, *negatis id quod.*

^o Vulgata editio græco textui consona legit, *At ubi venit plenitudo temporis* eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, et alii.

^p Verba, *cum illo*, non habent græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adversus hæres. cap. 6. et 7. neque Tertullianus libro 5. adversus Marcionem capite 7. neque in libro de Pudicitia capite 16. (Attamen Hieronymus *ep. ad Amand.* referente Sabatier.)

^q In codice Casinensi est, *in nobis*, et infra, *vana est fides nostra.* Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii oscitantia videatur exorta, Irenæus quoque Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgatæ lectionem sequuntur. (De verbis sacris omissis post illa, *quem non suscitavit*, vidend. nota ad Africanum, p. 333. vol. ii. *Reliquiar.*)

¹ Gal. iv. 4.

² 1 Cor. v. 7.

³ Ibid. vi. 14.

⁴ Ibid.

*non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Inveniemur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris; ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantummodo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis initium dormientium, et reliqua. Quis rogo tam temerarius et impudens invenitur, qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quæso etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut et illos, ¹ *Quorum ante oculos Jesus Christus* ² *rescriptus est crucifixus?* Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii, et resurrectionis, et passionis, quibus consequenter, et pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim? si tu nolis acquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamet. Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi responde, quando Jesus de Joanne testimonium dat, et dicebat, quia ² *Major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cælorum major est illo: Dic mihi qua ratione major illo est in regno cælorum? Nunquid Jesus minor**

¹ In eodem codice legitur, *qui istam sacrosanctam vocibus, &c. librarii, ut arbitror, errore.*

² Vulgatæ editionis melior lectio, *præscriptus est.* (*Proscriptus est, Versio quæ Vetus Itala appellatur.*)

¹ Galat. iii. 1.

² Mat. xi. 11.

erat Joanne in regno cælorum? ^tDico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cælorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichæe, si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, præstante hoc et agente virtute, quæ in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur a Joanne? ¹Si perfectus erat, si Filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cælitus emissa vox testimonium detulit dicens: ²*Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui?* Dic age, nihil remoreris, quis ille est, qui parat hæc omnia, qui agit universa? Responde, itane blasphemiam pro ratione impudenter allegas, et inferre ^uconaris?

L. MANES DIXIT, Nemo quidem, qui adversum

^t Hæc verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis persona ab Archelao prolata. (Distinguebat Archelaus post *minor est* apud evangelistam, tanquam si de Jesu dictum hoc fuerit.)

^u Male in codice Casinensi, *coneris*.

¹ [Vereor, ut mysterium Divinæ incarnationis satis recte exposuerit Archelaus, cum hoc loco, tum in sequentibus; etsi alibi docuerit, Divinitus conceptum fuisse Dominum Jesum, et in cap. 34. Mariam virginem *Dei genitricem* Θεοτόκον appellaverit. Etenim cum Verbo Dei, quod quidem usque ab ipsa Virginis conceptione naturæ humanæ unitum fuerat, Spiritus Sanctus tempore baptismi Servatoris haud communicatus est, sed ἀνθρωπίνως et οἰκονομικῶς, hominumque gratia a Christo receptus. Cons. S. Cyrillum Alex. *De Recta Fide*. 34. tom. v. pt. ii. p. 155. edit. Auberti.]

² Mat. iii. 17.

hæc, quæ a te dicta sunt, respondere potuerit, blasphemiam crimen incurrit, quin potius est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptata, manifesta omnibus ea, de quibus quæritur, vel dubitatur, ostendere, et maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ nostræ non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæstionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil eguerit filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras, neque opus habuerit columba, neque baptisate, neque matre, neque fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundum te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocunque voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia ¹*habitu repertus est ut homo*. Cujus igitur rei indiguerit is, qui semetipsum in omnia transformavit, ostende. Quando enim voluit, hunc hominem rursus transformavit in speciem solis, ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi recte dicenti fidem ²nolis accommodare, audi definitionem tuam, in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria esse dicis, et in baptisate Spiritum percepisse, ergo per profectum filius videbitur, et non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundum profectum esse filium, quasi hominem factum; hominem vere esse opinaris, idest, qui caro, et sanguis sit? Necessè est ergo, et Spiritum, qui sicut columba apparuit, non aliud esse, quam naturalem columbam; ³*sicut homo* enim dictum est, et *sicut columba*, et quodcunque opinari potest de eo sermone, quod dictum est,

¹ Phil. ii. 7.² [For. nolens]³ Phil. ii. 7. Mat. iii. 16.

^x*sicut homo*, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum est, *sicut columba*; necesse est et hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis quæ de eo scripta sunt, inveniuntur. ARCHELAUS DIXIT, Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæstionem ^ydiligenter aptatam manifestarem, atque manifeste dissolverem, nisi propter hos, qui assistunt, et qui nos audiunt; et ideo, sicut convenit, quæstionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, matrem habuisse Jesum Mariam, et reliqua, quæ nunc prosecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorresco. Interdum quidem cogi solet artifex propter imperitiam resistentis dicere, et facere ea quæ tempus ¹recusat; et ideo quia mihi est illata necessitas propter præsentem turbam, ad ea, quæ a te non recte dicta sunt, paucis ^zrespondeam. Dic ergo mihi; si Jesum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Maria, ²habentem carnem et sanguinem intellexerimus, necesse est etiam Spiritum Sanctum veram columbam fuisse, et non spiritum? Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere, caro enim carnem ingredi non potest? sed magis si Jesum hominem verum confiteamur, eum

^x In codice Casinensi scribitur, *sicut homo ac opinione*.

^y Codex Casinensis ita legit, *hanc quæstionem diffigenter aptare tam manifestarem, atque manifeste dissolverem*. Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restituumus.

^z *Respondeam*, pro, *respondebo*, sic in cap. 48. *edoceam*, pro *edocebo*.

¹ [For. requirit]

² [For. legendum, *habere autem*]

vero, qui dicitur, *sicut columba*, Spiritum Sanctum, salva est nobis ratio in utraque. Spiritus enim secundum rectam rationem habitat in homine, et descendit, et permanet, et competenter hoc et factum est, et fit semper, sicut tu te ipsum ante hoc tempus profitebaris esse Paraclitum Dei, ut ^adicam silex, non homo, qui frequenter oblivisceris ea quæ dicis. Spiritum enim venisse super te dixisti, quem promiserat Jesus esse missurum; et unde nisi de cælo descendat? Et si descendit Spiritus super hominem dignum se, super te autem veras columbas descendisse sentiendum est? ut te columbarium potius furem accipiamus, insidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, et maxime quia præter propositum meum, in te ingerere, quæ merearis audire. Sed redeam ad rem. Memor sum enim transformationis ¹suæ, qua dicis, quia Deus transformaverit se in hominem, vel in solem, ex hoc volens ostendere Jesum nostrum habitu solo, et visu factum esse hominem, quod absit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin secundum te ad somnium nobis redeant universa, et figuras; non solum autem, sed adventus nomen delebitur; poterat enim in cælo positus facere quæ voluerat, si Spiritum eum esse, et non hominem, dices. Sed non ita est, quoniam ²*exinanivit semetipsum formam servi accipiens*. Dico autem de eo, qui ex Maria factus est homo. Quid enim? non

^a Casinensis, *ut dicam dilere non homo*. Videant Eruditi, an recte emendatum sit. (Potius reponendum esse *delire*, ostendunt etiam verba fine cap. xv. p. 80)

¹ [For. tuæ]

² Phil. ii. 7.

poteramus et nos multo facilius et lautius ista narrare? sed absit ut a veritate declinemus iota unum, aut unum apicem. Est enim qui de Maria natus est Filius, qui totum hoc, ^bquo magnum est, voluit perferre certamen Jesus. Hic est Christus Dei, qui descendit super eum, qui de Maria est. Quod si non credis neque voci, quæ cælitus facta est, temerarium aliquod ipse producis, et, si dixeris, nemo credet. Statim enim in desertum a Spiritu ductus est Jesus, ¹ut tentaretur a Diabolo, quem cum Diabolus ignoraret, dicebat ei, *Si filius es Dei.* ^cIgnorabat autem propter quid ²genuisset Filium Dei, qui prædicabat regnum cælorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari potuisset; unde et affixus cruci, cum resurrexisset ab inferis, assumptus est illuc, ubi Christus Filius Dei regnabat, ut cum iudicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, ³*videant quem compunxerunt.* Ut autem credas; cum Discipuli ejus per annum integrum manserunt cum eo, quare nullus ipsorum procidit super faciem suam, sicut paulo ante dicebas, sed in una hora illa, quando sicut sol resplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Maria fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus nullus alius valuit sustinere, nisi soli Discipuli, et Paulus beatus; ita etiam Spiritum, qui de cælis descenderat, per

^b Forte, *quod.* (Et legendum videtur *Jesum.*)

^c Locum hunc nostra conjectura ita correximus, ut aliquis inde sensus eliceretur; nam in Casinensis codicis lectione magna obscuritas ex librarii erroribus exorta; sic enim se habet, *Ignorabat autem propter qui genuisset filium Dei prædicabat regnum cælorum, qui erat, &c.*

¹ Mat. iv. 1.

² [For. legendum, genitus esset Filius.]

³ Joan. xix. 37.

quem vox paterna testatur dicens, ¹ *Hic est filius meus dilectus*, nullus alius portare prævaluit, nisi qui ex Maria natus est, super omnes sanctos Jesus. Sed et ad hæc, quæ objicio, responde. Si habitu eum et specie dicis esse hominem, quomodo ab his, qui ex viro et muliere nati sunt, Pharisæis teneri potuit, et ad judicium protrahi, cum spirituale corpus a crassioribus corporibus non valeat comprehendi? Quod si habes aliquid, quod ad verbum, atque ad propositum respondeas, qui nunquam ad proposita respondisti, perge quæso, et pugillum plenum solis mihi affer, aut modium plenum? Ipse vero sol pro eo quod subtilioris est corporis, cooperire te, et circumdare potest, tu vero eum, etsi conculcaveris, nihil lædis. Dominus vero meus Jesus, si tentus est, ut homo ab hominibus tentus est. Si non est homo, nec tentus est. Si non est tentus, nec passus est, nec baptizatus est. Si ille non est baptizatus, neque quisquam nostrum baptizatus est. Baptisma autem si non est, nec erit remissio peccatorum, sed in suis peccatis unusquisque morietur. MANES DIXIT, Ergo baptisma propter remissionem peccatorum datur? ARCHELAUS DIXIT, Etiam. MANES DIXIT, Ergo peccavit Christus, quia baptizatus est? ARCHELAUS DIXIT, Absit; quin potius ² *pro nobis peccatum factus est*, nostra peccata suscipiens, ^d propter quod ex muliere natus est, et propter quod ad baptisma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiri-

^d In codice Casinensi, quo usi sumus, adverbium *propter*, desideratur, sed illud librarii oscitantia omissum fuisse sequentiaclare demonstrant.

¹ Mat. iii. 17.

² 2 Cor. v. 21.

tum, qui descenderat in specie columbæ, corpus, quod susceperat, portare possit.

LI. Hæc cum dixisset Archelaus, admiratæ sunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, et laudes ei immensas cum clamoribus reddiderunt, ita ut omni studio conarentur, ^eet ultra ei non sinerent ad propria remeare; et tunc quidem discesserunt. Postea vero congregatis eis, Archelaus acquiescere sibi, atque audire verbum suadebat: non enim soli, qui cum Diodoro erant, audiebant eum, sed omnes quicumque ex provincia ejus aderant, atque ex vicinis locis; factoque silentio, hoc modo de Mane dicere aggressus est. Qualiter se quidem habeat nostra doctrina audistis, et fidei nostræ experimenta cepistis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis exposui. Sed nunc ^fpaucissime dicere volentem deprecor, ut cum silentio audiatis, ut agnoscat, qui sit, et unde, et qualis sit iste, qui advenit, sicut Sisinius ^gquidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad testimonium eorum, quæ a me dicentur, si placet, vocare paratus sum. Sed ne ^hipse quidem dicere recusavit eadem, quæ nos dicimus, præsentem Mane; credidit enim doctrinæ nostræ supradictus, sicut et apud me alius Turbo nomine. Quæcunque ergo contestati sunt mihi, sed et ea quæ nos ipsi deprehendimus in hoc viro, non

^e Et hic particula, *et*, deest in codice Casinensi, quam tamen orationis series evidentem exposcit. (For. *ultra* pro *ultra* legendum.)

^f Forte, *paucissima*.

^g Cod. Casinensis nullo sensu habet, *Sisinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*

^h Et hic emendavimus codicis Casinensis lectionem, ita se habentem, *ipse quidem me dicere recusavit &c.*

faciam latere conscientiam vestram. Tunc vero turbæ eo amplius incitatae, congregatae sunt ad audiendum Archelaum; etenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant. Propter quod et certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcunque sentiret; paratos se esse ad audiendum, et usque ad vesperum permanere, etiam accensis luminibus, pollicebantur: quorum animositate incitatus Archelaus cum omni fiducia dicere exorsus est. Viri fratres, superiores quidem causas Domini mei Jesu audistis, dico autem eas, quæ ex lege et prophetis judicantur; inferiores vero Domini mei Jesu Christi Salvatoris nostri non ignoratis. Sed quid plura? Appellati sumus ex Salvatoris desiderio Christiani, sicut universus orbis terrarum testimonium perhibet, atque Apostoli edocent; ⁱsed et optimus architectus ejus, ¹fundamentum nostrum, id est Ecclesiæ, Paulus posuit, et legem tradidit, ^kordinatis Ministris, ²et Presbyteris, et Episcopis in ea; describens per loca singula, quomodo, et qualiter oporteat Ministros Dei, quales et qualiter fieri Presbyteros, qualesque esse debeant, ³qui Episcopa-

ⁱ Codex Casinensis, *Sed et optimos architectos ei fundamentum*, cujus manifestam corruptionem modica mutatione sustulimus.

^k Locus notandus de Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordine ab Apostolis instituto. Episcopus autem, Presbyteros, et Ministros tantum nominat Archelaus, quod Ministrorum, hoc est, Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquissimi Patres comprehendere consueverint: ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de Baptismo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hierem. et in Matthæi cap. 19. pag. 363. et alibi passim.

¹ 1 Cor. iii. 10.

² Act. Apost. xiv. 23.

³ 1 Tim. iii. 1.

tum desiderant; quæ omnia bene nobis, et recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina. Istius vero, qui nunc nobis ex Persarum provincia ebullivit, Manes nomine, adversum quem mihi disputatio jam secundo commota est, genus vobis dicam, et totum; sed et doctrina ejus unde descendat lucidissime demonstrabo. Iste non est primus auctor hujuscemodi doctrinæ, nec solus; sed quidam ex Scythia, ¹Scythianus nomine, Apostolorum tempore fuit sectæ hujus auctor et princeps, sicut et fuerunt et multi alii apostatæ, qui primatus sibi vindicare cupientes, ^mfalsa pro veris conscripserunt, simpliciores quosque ad suam libidinem pervertentes, quorum nomina, et perfidias dicere nunc tempus non sinit. Hic ergo Scythianus dualitatem istam ⁿintroducitur contrariam sibi, quod ipse a Pythagora suscepit, sicut et alii omnes hujus dogmatis sectatores, qui omnes dua-

¹ Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum hæresi tractarunt, appellatur, tam hic, quam in sequentibus a veteri interprete, *Scutianus*, et *Excutianus* vocatur, nisi ubique imperiti librarii sit error. (Addidit, quæ sequuntur, ad *Collectaneorum* suorum calcem Zacagnius.) Cum post editam Archelai disputationem inter Regio-Alexandrinis Vaticanis bibliothecæ codices reperissem apographum cujusdam vetusti Codicis, qui olim ad Monasterium S. Salvii, Ambianensis Episcopi et Martyris, pertinuit, et in eo codice una cum S. Augustini Comminatorio adversus Manichæos inter ejusdem epistolas edito, haberentur excerpta quædam ex actis Disputationis Archelai a cap. LI. usque ad cap. LV. operæ pretium censui varias ex eodem apographo lectiones edere, cum ipsorum ope quædam Archelai loca restituuntur. *Quidam Stutianus nomine, qui Apostolorum, cet.* Sic infra semper *Stutianum* vocat.

^m Cod. Regius Alex. Vat. *falsa pro veris confinxerunt.*

ⁿ Codex idem Vat. *introducitur.*

litate defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; *sed non in amplius proficiunt.*

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit sicut iste Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenuos introduxit, et omnia hæc, ^oquæ consequuntur hujuscemodi assertionem. Quique Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit, et captivam quandam accepit uxorem de superiore Thebaide, quæ eum suasit habitare in Ægypto magis, quam in desertis. Atque utinam nunquam eum illa provincia suscepisset, ^pin qua cum eum habitaret, cum Ægyptiorum sapientiam didicisset; erat enim, ut quod verum est dicamus, valde dives ingenio, et opibus, sicut hi, qui sciebant eum per traditionem, nobis quoque testificati sunt. Discipulum autem habuit quendam ^qnomine Terebinthum, qui scripsit ei quatuor libros, ex quibus unum quidem appellavit *Mysteriorum*, alium vero *Capitulorum*. tertium autem *Evangelium*, et novissimum omnium *Thesaurum* appellavit, et erant

^o In Casinensi codice, *quæ eum sequuntur*: mala lectio.

^p Hic nonnulla deesse palam est. Forte, *in qua cum diu habitaret, depravatus est, cum Ægyptiorum sapientiam didicisset.* Cod. Reg. Alex. Vat. *in qua cum habitaret, et Ægyptiorum.* Mox ibid. *testati sunt, pro, testificati sunt.* (For. legendum, *in qua cum ea habitaret.*)

^q Et hic manifestus est librarii error in codice Casinensi, in quo, scribitur *Terbonem*; nam Cyrillus Hierosolym. Catechesi 6. et alii omnes *Τέρβινθον, Terbinthum, seu Terebinthum, Scythiani discipulum faciunt. Quin et in seqq. ubique Tereventus scribitur. Quod vero ait Archelaus, hunc Scythiano scripsisse quatuor libros, quos recenset, contrarium est Cyrilli mox laudati narrationi, aliisque, qui Scythianum solum eorum auctorem agnoscunt. Idem cod. Vat. quendam, qui scripsit. Paulo post, tertium vero Evangelium.*

ei isti quatuor libri, et unus discipulus ^rnomine Terebinthus. Quia ergo aliquantum temporis secum isti ambo decreverant soli habitare, placuit Scythiano discurrere in Judæam, ut ibi congregeretur cum omnibus, quicumque ibi videbantur esse doctores, et pervenit eum continuo vita defungi, nec potuisse aliquid promoveri. ^sIlle vero discipulus, qui cum eo fuerat conversatus, in fugam versus est, et Babyloniam petiit ^tquæ nunc provincia habetur a Persis, quæque abest nunc a locis nostris itinere dierum et noctium ferme sex; quo cum venisset, talem de se famam pervulgavit ipse Terebinthus, dicens omni se sapientia Ægyptiorum repletum, et vocari non jam Terebinthum, ^used alium Buddam nomine, sibi que hoc nomen impositum, ex quadam autem virgine natum ^xse esse, simul et ab Angelo in montibus enutritum. ^yParcus vero quidam Propheta, et

^r Idem cod. Vat. *nomine Terybeneus. Quum ergo aliquantum temporis secum isti ambo decrevissent, soli placuit Stutiano excurrere in Judæam.* Sic infra ubique vocat Terybeneum.

^s Idem codex: *ille vero discipulus omnibus, quæcunque ejus fuerant, congregatis, in fugam versus est. Mox, provincia habitatur a Persis, pro, habetur.* Et paullo post, *vocari jam non Terybeneum, sed Buddam.*

^t Nota quousque extenderentur Imperii Romani limites eo tempore, quo Archelaus cum Manete disputavit.

^u Mire hic sese exerit librarii, qui Casinensem codicem exaravit, oscitantia; scripsit enim, *sed aliud cujusdam nomine.* legendum autem esse, *sed alium Buddam nomine,* Cyrilli Hierosolymitani, Epiphanii, et aliorum narrationes palam evincunt. (For. scribendum, *sed alio Buddam nomine.*)

^x Idem cod. Vat. *se esse simulabat, et ab Angelo.* Mox vero, *Labdacus Metri filius pro Mithræ—quotidie satis animosa certatio de hujusmodi negotio.*

^y De his Persarum Sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæresi num. 3. et nos in Manichæorum Historia.

Labdacus Mithræ filius, ¹ arguebat eum mendacii, et erat eis quotidie animosa exaggeratio de hujusmodi negotio. Sed quid plura? Licet frequentius objurgaretur, tamen nuntiabat eis, quæ ante seculum essent, et de sphæra, ² et duobus luminaribus; sed et quo, et quomodo animæ discedant, et qualiter iterum revertantur in corpora, et alia multa hujuscemodi, et horum nequiora, id est, ³ bellum Deo commotum esse in principiis, ut ipse propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quandam secessit cum suis quatuor libris, nullo ibidem discipulo acquisito, præter anum solam, quæ ejus particeps facta est. ⁴ Tunc deinde mane primo ascendit solarium quoddam excelsum, ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbo dixit solos septem electos didicisse. Cum ergo ascendisset ritus nescio cujus, vel artificii gratia; solus autem ascendit, ⁵ ne inde ab aliquo convinci posset, quod si dissimulasset, vel pro nihilo duxisset, cogitabat se a veris principibus ⁶ pœnis esse subditum: hæc eo cogitante, justissimus

^z Cod. Vat. *et de duobus luminariis mysteria. Sed et quomodo anima discedebant. Et mox, revertebantur.*

^a In codice Casinensi scribitur, *Nunc*; sed *Tunc*, legendum esse non ambigo. (Hoc de electis retulit Turbo, in cap. x. p. 64.)

^b Codex Casinensis habet, *ut inde ab aliquo convinci possit.* Contrarius tamen sensus, quem expressimus, verior est; nam id sibi vult Archelaus, Manetem (Terebinthum) solum, cujusdam præstigiî causa, solarium ascendisse, ne a Parco, et Labdaco Mithræ sacerdotibus id egisse deprehensus, debitas pœnas Persarum Regi persolveret.—Cod. Vat. *ascendit, ut ne ab aliquo.* Cod. Vat. *habere male pro a veris.* (Cons. *Eclogas Ecclesiasticas* a cl. Cramero editas p. 93. Malim cum codice Vat. scribere, *ut ne ab aliquo. Et dissimulasset interpretor neglexisset.*)

^c Cod. Vat. *pœnis esse subdendum. Hæc illo cogitante.* Paulo

¹ [For. *arguebant.*] ² [De pugna Dei et Principum, Ἀρχόντων, vide supra capp. vi. et xi. Habes verba *in principiis* cap. lv.]

Deus sub terras eum detrudi per spiritum jubet, et continuo de summo dejectus, exanime corpus deorsum præcipitatum est, quod anus illa miserta, collectum locis solitis sepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ secum de Ægypto pertulerat, manserunt apud eam, et gavisæ est valde de morte ejus duplici causa, primo quod non libenter aspiceret artes illius, secundo pro his, quæ de hæreditate fuerat consecuta; erat enim multum pretii. Quæ cum sola esset, habere aliquem ad ministerium voluit, et comparavit sibi ^dpuerum annorum ferme septem, ^eCorbicium nomine, quem statim manumisit, ac literis erudit. Quique cum duodecim annorum esset effectus, ^fanus illa diem obiit, ipsique universa bona sua tradidit, et cum cæteris ^greliquis, etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus scripserat, non multorum versuum singulos. Tunc ergo Corbicius, sepulta domina, bonis sibi derelictis omnibus uti cœpit, et migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat rex Persarum, et commutato sibi nomine, Manem semetipsum pro Corbicio appellavit; nec Manem, sed Manes; Persarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum prope ^hsexaginta, eruditus secundum doctrinam, de Ægypto protulerant. Et mox, duplici ex causa.—*quæ hæreditate fuerat consecuta: erat enim multum pecuniæ avida. Quæ cum cet.*

^d Idem codex, *puerulum*. Mox, *quemque statim*. Et paulo post, *Qui cum*.

^e *Cubricum*, Κοῦβρικον hunc, non *Corbicium*, vocant Cyrillus, Epiphanius, et alii.

^f Idem cod. *anus die illa, qua obiit, ipsique, cet.* Mox, *cæteris reliquiis*. Paucisque interjectis, *in qua manebat rex Persarum*.

^g Forte, *reliquit*.

^h Ita constanter in Casinensi codice scribitur; vereor tamen ne

nam, quæ ⁱin locis illis est, et pene dixerim super omnem hominem, diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur; acquisivit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt hæc, Thomas, Addas, et Hermas. Tunc assumit illos ^klibellos, et transfert eos, ita ut multa alia a semetipso insereret eis, quæ anilibus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos discipulos conscios malorum suorum; nomen vero libellis proprium adscribit, prioris nomine deleto, tanquam si eos solus ex semetipso conscripserit. Tunc visum est ei mittere discipulos suos cum his, quæ conscripserat in libellis, ad superiora illius Provinciæ loca, et per diversas civitates, et vicos, ut haberet aliquos se sequentes; et Thomas quidem ^lpartes Ægypti voluit occupare, Addas vero Scythiæ, solus autem Hermas residere cum eo elegit. Cum ergo illi essent profecti, Regis filius ægritudine quadam arreptus est, quem Rex curari desiderans, edictum proposuit ^min vita, si quis eum curare possit, accipere præmium, multo propo-

in hoc annorum numero mendum sit. Codex Vat. *Effectus est igitur puer ille annorum prope septuaginta.*

ⁱ Cod. Vat. *in locis illis est, pene dixerim, super omnem hominem diligentius: tamen didicit ea, quæ in quatuor illis libellis continebantur. Acquisivit etiam ipse discipulos.*

^k Cod. Vat. *libellos, ut transferret eos, ita ut alia multa. Paulo post, ex semetipso scripserit, pro, conscripserit.*

^l Cod. Vat. *partes Ægyptiorum voluit occupare, Abdas vero Syriae. Paulo ante, ipsius, pro, illius.*

^m Legendum fortasse, *invitans.*—Atque hanc lectionem confirmat Reg. Alex. Vat. Mox in eodem cod. *curare posset, accederet, præmio multo proposito. Tunc iste, sicut illi, qui cubum, quod nomen est aleæ, ludere solent, præsentiam sui exhibet Manes.* Ista vera est hujus loci lectio, quam nos subodoravimus, ut in nostris ad hunc locum notis videri potest.

sito. Tum iste, sicut illi, ⁿ qui cibum, quod nomen est tale eludere solent, præsentiam suam Manes exhibet apud Regem, dicens se esse puerum curaturum, ^o quæ cum audisset Rex, suscepit eum cum obsequio, ac libenter habuit. Verum ne multa narrando, quæ gessit, tædium auditoribus inferam, mortuus est puer in manibus ejus, vel potius extinctus. Tunc Rex in carcerem detrudi jubet Manem, et ferri talento onerari. Illi vero duo discipuli ejus, qui missi fuerant ad docendum per singulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique, fugientes ^q licet, nunquam cessarunt alienam hanc, et ab Antichristo inspiratam, per loca singula inserere doctrinam.

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt, referentes quæ eis acciderant; audiunt etiam ea, quæ in ipso collata sunt mala; accedentes ergo, ut ^r dicebam, ad eum sui, et suggerentes ei de his malis, quæ per loca singula patiebantur, de reliquo ^s converti se debere ad salutem suadebant; pertimuerant enim, verentes ne quid sibi ex his malis, quæ illi inferebantur,

ⁿ Locus valde corruptus. Forte legendum, *qui cibum, quod nomen est tali, ludere.*

^o Cod. Vat. *Quod cum audisset, pro, quæ. Mox, narrando, quæ gesta sunt.*

^p Hoc est, vinculis ferreis, ab eorum pondere, nam *τάλαντον* interdum est pondus.

^q Codex Vat. *licet nunquam cessarent alienam.* Paulo post, *quid eis acciderint, lege acciderit.* Mox vero, *Accedentes ergo, ut decebat, ad eum sui, et suggerentes sui ei de his.*

^r In codice Casinensi, *ut dicebant;* nos levi mutatione, *dicebam,* emendandum censuimus. Sed et fortasse, *ut decebat,* legendum; melior tamen visa est prior lectio.

^s In eodem codice, *conventi,* scribitur; sed *converti,* legendum esse, quæ sequuntur clare, ut arbitror, innuunt.

†accederet. At ille suadens eos nihil vereri, ad orationem consurgit. Tunc deinde jubet, in carcere positus, legis Christianorum libros comparari; valde enim hi, qui missi fuerant ab eo per singulas civitates, ab omnibus hominibus execrationi habebantur, maxime apud quos Christianorum nomen venerationi erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, †abierunt †ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur, et simulantes se nuntios esse Christianos, rogabant præstari sibi libros ad comparandum; et, ut ne multa dicam, comparant universos libros Scripturarum nostrarum, et deferunt ad eum in carcere constitutum, quibus ille acceptis, homo astutus cœpit †in nostris libris occasiones inquirere dualitatis suæ, nec suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; et in nostris libris, sicut etiam adversus me disputans fecit, assertionem suam proferre, quædam in his accusans, quædam permuans, solo Christi nomine adjecto; quem se ideo suscipere simulavit, ut per civitates singulas sanctum et divinum nomen audientes Christi, minime execrantes eos, †discipulos istius non fatigarent. Inve-

† Forte, *accideret*.—Atque ita quidem cod. Vat.

† Cod. Vat. *abierunt ad illa loca*. Mox, *se novitios esse Christianos*, pro *nuntios*. Paulo post, *et ne multa dicam, et referunt ad eum*.

× Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, et quanto curaverint studio, ne sacrosanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio exorta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique, sed certis quibusdam in locis Christianorum libros vendi consuevisse.

† Cod. Vat. *et ex nostris libris*.

‡ In eodem cod. Vat. *discipulos istius non fugarent*. *Inveniens*

niens autem vocem etiam de Paraclito positam in Scripturis, semetipsum esse subiecit, qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc venisset, cum Apostoli adhuc essent super terram. His ergo tam scelerate compositis, mittit et discipulos suos prædicaturos intrepide fictos simulatosque errores, et novas falsasque voces annuntiaturus per loca singula. Quod cum rex Persarum cognovisset, dignis eum suppliciiis subdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in somnis, elapsus de carcere, in fugam versus est, auro plurimo custodibus corruptis, et mansit in castello Arabionis. Unde scriptam epistolam per Turbonem ad Marcellum nostrum misit, in qua significavit se esse venturum. ^aQuo cum venisset, fuit nobis certamen tale, quale et hic vidistis, et audistis, in quo, prout potuimus, ostendimus eum pseudopphetam. Sed custos quidem carceris, qui eum dimiserat, punitus est; rex vero eum requiri jussit, et ^bin quibuscunque locis repertum comprehendi. Hæc cum ego cognovissem, necessarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iste a rege Persarum usque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehensum tradere ^cpotestati barbarorum, qui erant

autem etiam de Paraclito positum in Scripturis. Mox, mittit discipulos suos, sine particula et. (For. præferendum est verbum fugarent.)

^a Cod. Vat. *Quo cum advenisset. Paulo post, pseudopphetam esse manifeste. Sed. (For. recipiendum.)*

^b Idem cod. *in quibuscunque locis repertum ostendimus comprehendi. Fortasse, offenderetur, comprehendi.*

^c In eodem cod. Vat. *potestati barbarorum, qui erant vicini ultra Stracum fluvium. Mox, venerant quidam hominum ad requirendum eum, quo nusquam reperto, discesserunt.*

vicini ^dultra Strangam fluvium, quoniam et ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quonusquam reperto, discesserant; erat enim tunc in fuga constitutus. Cum ergo hæc ita Archelaus prodidisset, continuo se in fugam dedit Manes, et evadere potuit, ^edum nemo eum insequeretur.

Sed populus, cum Archelai, quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebre insecti sunt post eum. Sed ille vias, quibus venerat, repetens, transito fluvio ad Arabionis castellum rediit, ubi postea comprehensus, oblatus est regi; quique plurima adversus eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, jussit eum ante portam civitatis excoiatum suspendi; et pellem ejus, medicamentis infectam, inflari; carnes vero ^fvolucris dari jussit. Quibus postea agnitis, Archelaus adjecit ea priori disceptationi, ut omnibus innotesceret, ^gsicut ego, qui inseripsi, in prioribus exposui. Congregatis igitur omnibus Christianis ferri adversus eum sententiam placuit, veluti epilogum quendam ^gmorti

^d Et hic præcisius Imperii Romani limes, quinam Archelai ætate, et Probo imperante esset, designatur.

^e Cod. Vat. *dum ne eum insequeretur is populus, et Archelai, quem libenter audiebant, relatione tenerentur.* Mox, *crebro, pro, crebre.* Paulo post, *venerat, repetans, transito fluvio Adrabionis rediit.* Vide an legendum sit, *repedans.* [For. scribendum, *dum nemo eum insequeretur, sed populus Archelai*]

^f In his verbis, *volucris dari jussit,* desinit apographum Regio-Alexandrinum Vaticanum. (Vide supra pag. 22.)

^g Forte, *mortis ejus.* (Firmant hæc concilium Mesopotamicum productum ab Auctore *Libelli Synodici,* qui supra allatus est

¹ [Cons. Zacagnii Præfationem pagg. 5, et 16.]

ejus transmittentes, consonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addit etiam hoc Archelaus dicens, Viri fratres, ne quis vestrum incredulus sit his, quæ a me dicta sunt, id est, quod non ipse primus auctor scelerati hujus dogmatis extiterit Manes; sed tantum, quod per ipsum aliquibus terræ partibus manifestatum sit. Sed non statim is, qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus est, sed qui inveni-erit. Sicut enim gubernator acceptam navem, quam alius fecit, ad quæcunque loca voluerit perducere, alienus est tamen omni genere a constructione ejus, ita intelligendus est et iste; non enim ex initio huic rei ipse originem dedit; ^hsed ea tantum, quæ ab alio fuerant inventa, per se detulit hominibus, sicut certis testimoniis notum est, quibus propositum est vobis ostendere, ⁱnon ex Mane originem mali hujus manasse; sed ab alio, et ante multum temporis a barbaro quodam exorta, in silentio habita, ab isto vero ignote latentia, veluti propria ejus esse prolata, de-
leto conscriptoris titulo, sicut superius exposui. Fuit prædicator apud Persas etiam ^kBasilides quidam au-

p. 33. Sed in verbis solœcismus est. An *transmittentibus* substituendum est?)

^h Male codex Casinensis, *sed etiam*.

ⁱ Aut nihil video, aut ita corrigenda est codicis Casinensis lectio, quæ sic se habet, *non ex Manen originem mali hujus Manes esse*.

^k Etsi Basilidem, qui paulo post Apostolorum tempora hæresim docuit, Alexandrinum fuisse, et in Ægypto scholas erroris aperuisse testetur Eusebius lib. 4. Hist. Ecclesiast. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Basilides Alexandrinus esse videtur, licet apud Persas hæresim prædicasse dicat. Fieri enim potest, ut Basilides Alexandria digressus, Persas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentasset. Sane Basilidis Persæ nulla, quod sciam, apud veteres mentio. Scripsit autem Basilides Alexan-

tiquior, non longe post nostrorum Apostolorum tempora, qui et ipse cum esset versutus, et vidisset, quod eo tempore jam essent omnia præoccupata, dualitatem istam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nihil haberet, quod assereret proprium, ¹aliis dictis proposuit adversariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam et asperrima continent. Extat tamen tertius decimus liber tractatum ejus, cujus initium tale est. *Tertium decimum nobis tractatum scribentibus librum, necessarium sermonem uberemque salutaris sermo præstavit.* ¹Per parvulam divitis et pauperis naturam sine radice et sine loco rebus supervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem solum caput liber continet? Nonne continet et alium sermonem, ²et sicut opinati sunt quidam, nonne omnes offendemini ipso libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens, Basilides interjectis plus minus vel quingentis versibus ait, *Desine ab inani, et curiosa varietate, requiramus autem magis, quæ de bonis et malis etiam barbari inquisi-*

drinus libros 24. in Evangelium, eodem Eusebio teste, qui non alii esse videntur a tractatum libris, quos laudat Archelaus, et ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud, in quod Basilides scripsit, Apostolorum esset, an aliud, quod suo Marte confinxit, cujus meminit Origines Hom. 1. in Lucam, Hieronymus in prologo suorum Comm. in Matthæum, et Ambrosius in prologo in Evangelium Lucæ, non satis liquido constat. (Conf. not. ad Euseb. pag. 89. vol. i. *Reliquiar.* et notam ad scriptorem de Canone N. T. p. 432. De ætate Basilidis vid. p. 258. ejusd. vol.)

¹ Forte, *aliorum dicta.*

¹ [Hæc usque ad vocem *indicat* Basilidis esse, et cum superioribus jungenda censeo. Quid significet vox *parvulam* nescio; an *parabolam* scribendum?] ² [For. et delendum.]

erunt, et in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum diverunt, initia omnium duo esse, quibus bona et mala associaverunt, ipsa dicentes initia sine initio esse et ingenita, id est in principiis lucem fuisse, ac tenebras, quæ ex semetipsis erant, ¹ non quæ esse dicebantur. Hæc cum apud semetipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet, ^m et qualis sibi competeret; omnibus enim amicum est, quod est proprium, et nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervenit, ⁿ et tenebræ contemplatæ sunt lucem, tanquam melioris rei sumpta concupiscentia, insectabantur ea commisceri.

Nonnulla fortasse desunt.

^m In codice Casinensi, et quales ibi competeret.

ⁿ Tenebras desiderio lucis adipiscendæ actas fuisse Manes quoque asserit in cap. 13. hujus operis, et apud Titum Bostrensem adversus Manichæos lib. i. pag. 48. editionis Canisianæ.

¹ [For. non quæ factæ, vel genitæ, esse dicebantur.]

FRAGMENTUM

Actorum ejusdem Disputationis ex S. Cyrilli Hierosolymitani Catechesi VI. (§§. XXVII. XXVIII. XXIX. edit. Benedictin.)

Ne quidpiam actorum disputationis Archelai Episcopi cum Manete omitteremus, opportunum censuimus hic eorundem fragmentum ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi sexta pag. 147. primæ editionis, (sectt. 27, 28, 29. p. 104. ed. Toutteii seu Benedictin.) desumptum, corollarii loco subjungere, eo præsertim quod in præcedentibus actis, ab Hegemonio, ut videtur, Presbytero in epitomen redactis, non reperiatur. ZACAGNI. Fragmentum istud contulimus

eum Cyrilli noviss. edit. Paris. BB. ann. 1720. versionem recensuimus, et cl. editoris notas subjecimus. GALLANDI. Vide supra p. 21 quæ de Cyrillano isto idem editor Cyrilli Benedictinus disputavit: certo certius Cyrilli non Archelai sunt ea quidem verba fine τῆς ῥήσεως posita; Ταῦτα τὰ μυστήρια κ. τ. λ. Id nimirum ibi ostensum est, etsi imperite eadem Archelao attribuit Bernardus Marechal in *Doctrina sua S. Archelai*, in *Concordantia SS. Patrum*, vol. II. p. 227. De reliquis, quæ præcedunt, statuendum videtur, priora quidem in aliis quibusdam hujus Disputationis exemplaribus reperta esse a Cyrillo, et hinc inde ab eo collecta. Refert autem idem Marechallus, Epiphanium secutus, voluisse Archelaum Manem morti tradere; quod tamen crimen allatum sibi non sine indignatione propulsat Archelaus cap. 47. Conferas quæ supra monui p. 27.

I. Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὄπλον δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστήσας, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. Ὁ δὲ ὡς ῥτάφον ἀνεωγμένον

I. FUGIT e carcere (Manes), et in Mesopotamiam venit: verum occurrit ei scutum justitiæ, Archelaus episcopus: eumque coram philosophis iudicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne, si Christiani iudices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui ¹os quasi

^o ὄπλον δικαιοσ.] In editis ὄπλω δικαιοσ. *armis justitiæ*. Legimus ὄπλον in MSS. Coisl. Roe, Casaub. Petro Sicul. Grod. qui vertit *scutum justitiæ*. TOUTTEIUS.

^p ὡς ῥτάφον] Particulam ὡς adjicimus ex Grod. et Petro Siculo. TOUTTEIUS.

¹ Psal. v. 9.

ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιη-
 τοῦ τῶν ἀπάντων ἤρξατο, φάσκων· Ὁ τῆς παλαιᾶς
 Θεὸς κακῶν ἐστὶν εὐρετῆς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· Ἐγὼ
 πῦρ κατανάλισκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε
 τὴν βλασφημίαν, εἰπὼν· Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς
 κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνας υἱὸς
 ἐστὶν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ
 μέμφη τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ· διὰ
 τί τιμᾶς Πέτρον, τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ
 Σαπφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ καὶ μέμφη, ὅτι πῦρ
 ἠτοίμασε, διὰ τί οὐ μέμφη τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε
 ἅπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; εἰ μέμφη τὸν λέ-

sepulcrum patens erat, pri-
 mum a blasphemia in crea-
 torem omnium, initium sum-
 sit, inquit: veteris testa-
 menti Deus, malorum inven-
 tor est, de se ipse dicens:
² *Ego ignis consumens*. Tum
 sapiens Archelaus hanc sol-
 vit refutavitque blasphe-
 miam his verbis: si veteris
 Deus testamenti, ut ais, ig-
 nem se dicit, cujus est ille

filius, qui ait: ³ *Ignem veni
 mittere in terram?* Si culpas
 eum qui dicit: ⁴ *Dominus
 mortificat et vivificat*; quam-
 obrem Petrum colis, qui ⁵ *Ta-
 bitham a mortuis excitavit,
 et* ⁶ *Sapphiram morti tradi-
 dit?* Si vitio vertis, quod
⁷ *ignem præparavit*; quare
 hunc non carpis qui dicit:
⁸ *Discedite a me in ignem
 æternum?* Si reprehendis

¹ Ἐγὼ πῦρ] Codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. ἐγὼ ὁ Θεὸς πῦρ
 κατ. Sed in MS. Ottob. deest articulus ὁ. In loco autem Scrip-
 turæ citato, non Deus, sed Moyses de Deo in tertia persona
 loquitur, ita, Κύριος ὁ Θεὸς σου, πῦρ κατανάλισκον ἐστί. IDEM.

¹ ἅπ' ἐμοῦ] Verba hæc desiderantur in codd. Ottob. Coisl. Roe,
 Casaub. Grod. Petro Sic. Paulo post, in Roe et Casaub. scribi-
 tur, ἐγὼ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν, proxime ad sacrum textum. Cyrillus
 ipse *Catech.* ix. n. vii. citans sequentia hujus prophetici testimonii

² Deut. iv. 24.

³ Luc. xii. 49.

⁴ 1 Reg. ii. 6.

⁵ Act. ix. 40.

⁶ Ibid. v. 10.

⁷ Deut. xxxii. 22.

⁸ Matt. xxv. 41.

γοντα, Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ, ἐξήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφοτέροι ¹καλοὶ διὰ τὴν ὁμολοξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα;

II. Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, ⁵εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ

eum qui dicit: ²*Ego Deus faciens pacem, et creans mala*; expone quo modo Jesus dicat: ³*Non veni pacem mittere, sed gladium*. Cum ambo paria dicant, e duobus alterum: aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant: aut si Jesus hæc dicens, abest a reprehensione, quare

dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert?

II. Tum Manes hæc contra: Et qualisnam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt: ⁴*In quibus Deus sæculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio evan-*

verba, legit, ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς. Loco ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς, Siculus scribit: διὰ τί οὐ μέμψη τὸν Ἰησοῦν λέγοντα; *Cur non reprehendis Jesum, aientem* cet. Post εἰρήνην in codd. Roe, Casaub. et Ottob. in Coisl. autem cod. post βαλεῖν, additur ἐπὶ τὴν γῆν. Petrus Sic. legit ἐπὶ τῆς γῆς, *super terram*. Habentur ea verba in citato Matthæi textu; verum non in hoc versiculi membro quod hic refertur, sed in superiore: *μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν*. ΤΟΥΤΤ.

⁵ *εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι*] In Ottob. habetur *αὐγάσαι*. Petrus Sic. legit, *εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ*: *Ut non fulgeat illis illuminatio scientiæ gloriæ evangelii Christi*. Sed ex iis quæ habentur num. seq. patet Manem non ita citavisse. IDEM.

¹ [For. legendum *κακοί*.]

² Isa. xlv. 7.

³ Mat. x. 34.

⁴ 2 Cor. iv. 4.

εὐαγγελίου. Ὁ δὲ Ἀρχελαος, καλῶς ὑποκρούσας, Προανάγνωθι, φησὶν, ὀλίγον· εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἔστι κεκαλυμμένον. ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα, ἄρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; ὁ Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι; μὴ μισῶν αὐτοὺς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία,

geli. Archelaus autem hoc præclare refellens: quæ paululum antecedunt, inquit, lege: ¹ *Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum.* Videsne pereuntibus obsecutum dici evangelium? ² Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus ex-

cæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit: ³ *Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant?* Odione eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic et gratiæ donum abest. ⁴ *Habenti enim*

† Ἰησοῦς κ. τ. λ.] Hæc paulo aliter Petrus Siculus: Ἡ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς—οὐκ εἴρηκε· διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπωσι; *An non et Jesus ipse—ita locutus est: Propterea in parabolis ipsis loquor, quia videntes non vident?* At Raderus Siculi interpres, quomodo in Cyrilli textu, *ut videntes non videant.* Siculi allegatio evangelici dicti fidelior est, et textum Matthæi ad amussim repræsentat: contra, ea quæ in textu est, partim ex Matthæi, partim ex Lucæ verbis cap. 8. v. 10. consarcinata est: atque idcirco, me iudice, minus mutationis aut emendationis suspicione laborat. ΤΟΥΤΤΕΙΥΣ.

¹ 2 Cor. iv. 3.

² Mat. vii. 6.

³ Ibid. xiii. 13.

⁴ Ibid. xxv. 29. Luc. viii. 18.

ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ ἡ τῆς χάριτος. τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται.

III. Εἰ^x δὲ δεῖ, καὶ ὡς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῶ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν. οὐ γὰρ εἶπεν· ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τοῦ ληστοῦ τὸ ἀρπακτικὸν καὶ ληστρικόν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶνες τυφλοῦν-

dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere auferetur.

III. Si autem, ut interpretantur nonnulli, dicendum est illud, (horum enim non est illaudabilis oratio) etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, sed

cogitationes infidelium. Cujus dicti sensus, ejusmodi est: excæca scortatoris scortandi cogitationes, et servatus est homo: excæca latronis rapiendi et latrocinandi studium, et salvus est homo. Verum hoc modo non vis intelligere? Est et alia interpretatio. Excæcat et sol obtusam oculorum aciem, et oculorum imbecillitate labo-

^u τῆς χάριτος] Siculus, τῆς φωτιζούσης χάριτος, *illuminantis gratiæ.*
IDEM.

^x Εἰ δὲ δεῖ, καὶ ὡς] In codd. Roe et Casaub. ex δεῖ καὶ ὡς unum verbum *δικαίως* confectum est: at ita manet manca constructio. Petrus Siculus *δικαίως* legit, sed phrasim paulo commutat: εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν· (οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα) κ. τ. λ. *Quod si etiam recte interpretantur nonnulli, licet quoque sic dicere, (non enim absurda est oratio) cet. ΤΟΥΤΕΙΟΥΣ.*

ται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστὶν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἄπιστοι νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτίσιν. καὶ οὐκ εἶπεν· ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ γνησίοις μόνοις ἀφώρισται. ἔλεγεν οὖν ὁ Κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι μὴ δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς. ὁ αὐγασμὸς γὰρ τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τοῖς ἀπίστοις. Ταῦτα τὰ μυστήρια, ἃ νῦν ἡ ἐκκλησία διηγείται σοι τῷ ἐκ κατηχομένων μεταβαλλομένῳ, οὐκ ἔστιν ἔθος ἔθνικοῖς διηγέσθαι. οὐ γὰρ ἔθνικῶ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια·

rantes excæcantur lumine percussi: non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status a videndo impediatur: sic et quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios contueri non possunt. Nec dixit: excæcavit cogitationes ne audiant evangelium; sed ¹ *ne fulgeat in illis illuminatio gloriæ evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Nam evangelium audire [ab] omnibus expetitur (permittitur): at evangelii gloria solis Christi germanis since-

risque (discipulis) tribuitur. Dominus itaque loquebatur in parabolis iis quidem qui non poterant audire: discipulis vero privatim parabolas et similitudines explicabat. Gloriæ enim fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt: excæcatio infidelium. Hæc mysteria nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso: Gentilibus exponere mos non est. Non enim Gentili cuiquam de Patre et Filio et Spiritu sancto arcana mysteria declaramus: neque palam apud catechume-

¹ 2 Cor. iv. 4.

οὐδὲ τὰ περὶ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχομένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

nos de mysteriis verba facimus, nent, intelligant; et qui non sed multa sæpe loquimur occulte: ut fideles qui rem tenent, ne lædantur.

SERVATUR, ut a Zacagnio supra in Præfat. pp. 13. 34. ostensum est, in bibliotheca Vindobonensi Archelai nomine inscriptum Excerptum, cujus exemplum nactus ego favore illustris bibliothecarii ut olim, ita nunc quoque, idem edere constitueram. Cum vero nihil in eo vel affine vel commune cum hac Disputatione extet; aliisque fuerit Archelaus cognominis, qui sæculo quinto contra Euchitas scripsit, mutata sententia mea supersedendum istud mihi visum est.

QUIN ergo ῥήσει Vindobonensi omissa, hoc loco iterum nonnulla ex RESCRIPTO Imperatorum Diocletiani et Galerii Maximiani ad Julianum Proconsulem Africae desumpta adpono, ut ex notabili illius ætatis monumento liquido constet, his circiter temporibus irrupisse in orbem Romanum hoc tantum malum Manichæismum?

Quoniam nobis (nos vult reponere *Cannegieter*, *malim* ego nos istos), de quibus Solertia tua Serenitati nostræ retulit, Manichæos audivimus¹ eos nuperrime, velut nova inopinata prodigia, in hunc mundum de Persica adversaria nobis gente progressa vel orta esse; et multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare: nec non et civitatibus maxima detrimenta inserere (ingerere *ma*vult *Canne-*

¹ [For. delendum eos est.]

gieter; restituisse se ex conjectura Pithæi inferre, nunc ait cl. Olshausen. Hist. Eccl. Veteris Monument. II. p. 163.): et verendum est, ne forte, ut fieri adsolet, accedenti tempore conentur execrandas consuetudines, et istebas (vult inficetas Canneg. sed incestas editum invenisse videtur Olshausen.) leges Persarum (Supplet inducere in teste Olshauseno Rouerus) innocentioris naturæ homines Romanam gentem modestam atque tranquillam; et universum orbem nostrum veluti venenis de suis malivolis inficere: (Omittit de Olshausen.)—jubemus—auctores quidem ac principes una cum abominandis scripturis eorum severiori pœnæ subjici, ita ut flammeis ignibus exurantur: consentaneos vero et usque adeo contentiosos capite puniri præcipimus: et eorum bona fisco nostro vindicari sancimus. Si qui sane etiam honorati, aut cujuslibet dignitatis vel majoris personæ ad hanc inauditam et turpem, atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum, se transtulerunt, eorum patrimonia fisco nostro adsociari facies: ipsos quoque Forensibus, vel Proconensibus metallis dari. Desumpta hæc ex Codice Gregoriano in Collationem Legum Mosaic. et Romanarum, Titulo xv. De Mathematicis et Manichæis, p. 252. edit. Cannegieter.

S. AUR. AUGUSTINI
RESPONSA AD EPISCOPOS.

S. AUR. AUGUSTINI
RESPONSA AD EPISCOPOS,

IN CONCILIO SEPTIMO CARTHAGINIENSI
SUFFRAGANTES,

Ex Libris Ejus De Baptismo Contra Donatistas VI. et VII.

DESUMPTA.

PRIMUM ipsius Cypriani consultationem, qua indicatur anima pacifica et exundans ubere caritatis CAP. 6.
lib. vi; unde ¹Concilium ipsum incipit, ²iterum considerandam commemoremus. *Audistis, inquit, collegæ dilectissimi, quid mihi Jubaianus coëpiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito et profano hæreticorum baptismo, et quid ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel atque iterum et sæpe censuimus, hæreticos ad Ecclesiam venientes, Ecclesiæ*

¹ [Extat hoc Concilium in vol. III. harum *Reliquiarum* p. 115. usque ad p. 131. hic ab Augustino in sequentibus repetitum.]

² [S. Cypriani verba ante attulerat S. Augustinus in Lib. Secundo cap. 4. Op. sui *De Baptismo*.]

baptismo baptizari et sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis et aliæ Jubaiani litteræ, quibus pro sua sincera et religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed et instructum se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus: neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum judicare: sed expectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem et præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, et de actu nostro judicandi.

CAP. 7.

Jam satis, quantum arbitror, non solum ad epistolam, quam Jubaiano scripsit; sed etiam ad illam, quam ad Quintum dedit; et ad ¹illam, quam cum quibusdam collegis ad quosdam collegas; et ad illam, quam ad Pompeium, quantum potuimus, pro universitate catholicæ consensionis atque ²Concilii, in cujus unitate isti tamquam pia membra manserunt, libris superioribus disputavimus. Quapropter jam opportunum videtur, quid etiam ceteri singillatim censuerint considerare ea libertate, quam nobis etiam ipse non abrogavit, dicens, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum sen-*

¹ [Sive, Carthaginiense Concilium sub Cypriano Quintum, apud *Reliquias*, vol. III. p. 108.]

² [For. respicitur Concilium Arelatense primum, qua de re supra consulas Præfat. in idem volumen III.]

scribit amorentes. Quod eum non ^apropterea dixisse, ut cogitationes tacitas collegarum, tamquam de abdito erutas tali securitate captaret, sed quod revera pacem unitatemque diligeret, ex aliis similibus videre facillimum est, ubi ad singulos ¹scripsit, sicut ad ipsum Jubaianum: *Hæc tibi, inquit, brevissime pro nostra mediocritate rescripsimus, frater carissime, nemini præscribentes, aut præjudicantes, quo minus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem.* Et ne quisquam, si hac eadem libera potestate diversa sentiret, pellendus a ceterorum consortio videretur, sequitur et dicit; *Nos, quantum in nobis est, propter hæreticos cum collegis et coëpiscopis nostris non contendimus, cum quibus divinam concordiam et Dominicam pacem tenemus.* Et paulo post, *Servatur, inquit, a nobis patienter et leniter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei, concordia sacerdotii.* Sic et in epistola quam scripsit ad Magnum, cum de baptismo tinctorum et perfusorum quæreretur, utrum aliquid interesset: *Qua in parte, inquit, nemini verecundia et modestia nostra præjudicat, quo minus unusquisque quod putaverit sentiat, et quod senserit faciat.* Quibus ejus sermonibus satis apparet, illo tempore ab eis ista esse tractata, quo nondum declarata sine ambagine hauriebantur, sed adhuc clausa magno molimine quærebantur. Nos ergo jam de baptismi simplicitate ubique ^bagnoscendam consuetudinem

EDITORES BENEDICTINI.

^a In editis, *non puto.* Redundat verbum *puto*, nec est in MSS. (Neque extat in meis MSStis.)

^b Am. et Er. *ubique ad agnoscendam.* Aliquot MSS. *ubique*

¹ [*Scribit pro scripsit præstant duo vetustissima penes me operis Augustiniani exempla.*]

universæ Ecclesiæ, etiam conciliis universalibus roboratam tenentes; accepta quoque ex verbis Cypriani majore fiducia, per quæ mihi etiam tunc liceret salvo jure communionis diversa sentire; unitate quidem prælata atque laudata, qualem beatus Cyprianus et ejus collegæ, qui cum eo concilium illud fecerunt, cum diversa sentientibus tenuerunt; hæreticorum et schismaticorum seditiosas calumnias proturbantes atque evertentes in nomine Domini nostri Jesu

Ephes. iv. 2. Christi, qui per Apostolum suum loquens ait, Sufferentes invicem in dilectione; studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis: per quem etiam Phil. iii. 15. ait, Si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus revelabit: sanctorum Episcoporum sententias, salvo cum eis vinculo unitatis et pacis, in quo retinendo eos, quantum ipse Dominus adjuvat, imitamur, considerandas et pertractandas aggredimur.

CAP. 8. Cæcilius a Bilita dixit: *Ego unum baptismum in Ecclesia sola scio, et extra Ecclesiam nullum. Hic erit unum, ubi spes vera est et fides certa. Sic enim scriptum est: Una fides, una spes, unum baptisma.*

Ephes. iv. 5. *Non apud hæreticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat cujus os et verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi tinguunt anti-christus, benedicunt a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit et illud magnoscenda: non male, si jungitur cum simplicitate. (Cognoscenda codex prior meus, cognoscendam posterior. Hic interim scribendum tenemus pro tenentes mihi videretur, nisi tantum finita verbo aggredimur oratio esset.)*

lum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere. Aut qui illis adsistunt, dicant hæc ^comnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Ecclesia consentire, et sine baptismo et venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, et a tanto scelere nos separare, et unum baptismum tenere, quod soli Ecclesiæ a Domino concessum est.

Ad hæc respondeo, quoniam quisquis etiam intus confitetur se Deum nosse, factis autem negat, quales sunt avari et invidi, et qui propter fraternum odium, non meo, sed sancti Johannis apostoli testimonio dicuntur homicidæ; et spem non habent, quia malam conscientiam gerunt; et perfidi sunt, quia non id agunt quod Deo voverunt; et mendaces, quia falsa profitentur; et dæmoniacy, quia diabolo et angelis ejus in suo corde locum præbent; et verba eorum putredinem operantur, cum corrumpunt bonos mores per colloquia mala; et infideles sunt, quoniam quod Deus talibus minatur irrident; et scelerati, quia nefarie vivunt; et antichristi, quia mores eorum Christo adversantur; et a Deo maledicti, quia ubique tales sancta scriptura exsecratur; et mortui, quia carent vita justitiæ; et impacati, quia contrariis factis cum Dei sermone configunt; et blasphemi, quia per eorum perditos actus nomini Christiano derogatur; et profani, quia ab illo Dei sanctuario spiritaliter interiore seclusi sunt; et sacrilegi, quia in se ipsis templum Dei male vivendo corrumpunt; et antistites diaboli, quia fraudi et avaritiæ, quæ est idololatria, serviunt. Tales autem nonnullos, immo

^c Am. ed. et MSS. omittunt *omnia*. (Omittit codex uterque meus. Sed vocem *omnia* habet Cyprianus, apud quem et Augustinum sine τῆς ῥήσεως obsecutus utriusque MSStis voces addidi a Domino ante concessum est.)

plurimos, et apostolus Paulus et episcopus Cyprianus etiam intus esse testantur. Cur ergo isti baptizant? Cur etiam quidam qui sæculo verbis et non factis renuntiant, ab hujusmodi moribus non mutati baptizantur, et quando mutantur non rebaptizantur? Jam vero quod indignatur et dicit, *Ecce ad qualia Ecclesia cogitur consentire, et sine baptismo et venia delictorum communicare compellitur*: nisi essent ceteri episcopi qui alios ad ista compellerent, non utique hæc diceret. Unde etiam ostenditur, illos tunc veriora sensisse, qui non recesserunt a pristina consuetudine, quæ postea concilii universitate firmata est. Quid est autem quod adjungit et dicit, *Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, et a tanto scelere nos separare?* Si enim hoc ita dicit, ut ista non faciat nec approbet, alia res est: si autem ut diversa sentientes damnet et segreget, ^dprioribus resistit verbis Cypriani, quibus ait, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes.*

CAP. 9.

(Primus Felix a Migirpa dixit: *Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, quum non sit baptisma, nisi in Ecclesia, unum et verum: quia et Dominus unus, et fides una, et una Ecclesia est, in qua stat unum baptisma, et sanctitas, et cetera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum.*)

Ad ea quæ Felix a Migirpa dixit, hæc dicimus: Si non esset baptisma unum et verum nisi in Ecclesia, non utique esset in eis, qui ab unitate discedunt. Est autem in eis; nam id non recipiunt redeuntes, non ob aliud nisi quia non amiserant recedentes.

^d In MSS. est, *prior resistit verbis.* (Sic et in meis. Quod ad sequens Suffragium attinet, adnotant Benedictini, abesse istud ab

Quod autem ait, *Nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum*: consentio, et omnino verum esse credo. Aliud est enim non ibi esse, aliud nullum habere salutis effectum. Venientibus enim ad catholicam pacem prodesse incipiunt quæ foris inerant, sed non proderant.

Polycarpo autem Adrumetino, quoniam dixit, CAP. 10. *Qui hæreticorum baptismum probant, nostrum evacuant*: respondemus, Si hæreticorum est baptismus, qui per hæreticos datur; avarorum et homicidarum est, qui intus a talibus datur. Si autem hoc istorum non est, nec illud illorum est: ac ¹per hoc apud quoscumque sit, Christi est.

^e (Novatus a Thamugade dixit: *Licet sciamus* CAP. 11. *omnem Scripturam testimonium reddere de salutari baptismo; debemus tamen fidem nostram exprimere. Hæreticos et schismaticos ad Ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari: et ideo secundum testimonium Scripturaram, et secundum decretum collegarum nostrorum* ^f*sanctissimorum virorum, omnes schismaticos et hæreticos qui ad Ecclesiam conversi sunt* ^g*baptizari; sed*

Amerbachiana editione et ab omnibus MSS. itaque hæc Felicis verba editores Lovanienses putare postea per Erasmus adjecta esse ex Cypriano. Conferas not. ad Cyprianum vol. III. *Reliquiar. Sacr.* p. 191. Abest Suffragium a codicibus Augustini meis.)

^e Hujus etiam Novati, necnon subsequentis Nemesiani sententias omnino prætereunt Am. et MSS. (Itidem MSS. mei.)

^f Apud Cyprianum, *sanctissimæ memoriæ virorum*: qui scilicet de hac re antea cum Agrippino concilium habuerant.

^g Sic apud Er. et Cyprianum. At Lovanienses monent per se, quamquam exemplaribus MSS. destitutos, emendatum esse, *baptizavi*: et infra, inter *laicos recepi*. puta quia Augustinus sic respondet, *Novatus a Thamugade, quid fecerit dixit*.

¹ [For. scribendum *propter hoc*, an *per hoc* idem valet?]

et quicumque ordinati videbantur, inter laicos recipi.)

Novatus a Thamugade quid fecerit dixit, non autem aliquid adtulit, unde se ostenderet facere debuisset quod fecit. Nominavit enim *testimonium Scripturarum et decretum collegarum*, sed non inde aliquid protulit quod considerare possemus.

- CAP. 12. (Nemesianus a Tubunis dixit: *Baptisma quod dant hæretici et schismatici, non esse verum, ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt, et falsi prophetæ, dicente Domino per Salomonem, Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes.* ^h*Deserit enim vias vineæ suæ, a semitis vero agelli sui erravit. Ingreditur autem per avia loca atque arida et terram destinatam siti, consequitur autem manibus infructuosa. Et iterum: Ab aqua aliena abstine te, et de fonte alieno ne biberis, ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ. Et in Evangelio sua voce Dominus noster Jesus*
- Prov. ix. 12. *Christus locutus est dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu-sancto, non potest introire in regnum Dei. Hic est Spiritus, qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim Spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine Spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum-sanctum accipiant, et sic recipiantur; quum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt*
- Ibidem 19. *filiis Dei esse, dicente Apostolo, Curantes servare uni-*
- Johan. iii. 5. *Christus locutus est dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu-sancto, non potest introire in regnum Dei. Hic est Spiritus, qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim Spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine Spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum-sanctum accipiant, et sic recipiantur; quum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt*
- Gen. i. 2. *filiis Dei esse, dicente Apostolo, Curantes servare uni-*
- Ephes. iv. 3. *filiis Dei esse, dicente Apostolo, Curantes servare uni-*

^h Quædam hic Nemesiani verba, quæ in Erasmi editione haud satis quadrabant cum responsione Augustini, mutata sunt per Lovanienses et ad Cypriani exemplar castigata.

tatem spiritus in conjunctione pacis: unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ; unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Hæc omnia Ecclesia catholica loquitur. Et iterum in Evangelio dicit, Quod natum est de carne, caro est; et quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus Deus est, et de Deo natus est. Johan. iii. 6. Johan. iv. 24.

Ergo omnes hæretici et schismatici omnia quæcumque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo, Manifesta sunt enim opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, incestus, idololatriæ, veneficia, inimicitia, certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses, et his similia, de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicumque hæc faciunt, regnum Dei non hereditabunt. Condemnat æque Apostolus cum omnibus malis et eos qui divisionem faciunt, hoc est, schismaticos et hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in Ecclesia catholica quæ una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio Domini damnabuntur.)

Nemesianus a Tubunis multa posuit testimonia Scripturarum: sed pro sententia Catholicæ, quam declarandam et commendandam suscepimus, multa locutus est. Nisi forte putandum est, quia non *fidit in falsis* qui fidit in spe rerum temporalium, sicut omnes avari atque raptores, et qui sæculo non factis, sed verbis renuntiant, quales tamen intus et baptizare et baptizari etiam, Cyprianus est testis. Ipsi *sequuntur etiam aves volantes*, quia non apprehendunt quæ concupiscunt. *Deserit autem vias vineæ suæ, et a semita agelli sui errat, et ingreditur per avia loca atque arida et terram destinatam siti, consequitur autem manibus infructuosa*, non hæreticus tantum, sed omnis qui male vivit: quia omnis justitia fructuosa

est, et omnis iniquitas infructuosa. Qui vero *aquam alienam de fonte extraneo bibunt*, non hæretici tantum sunt, sed omnes qui non vivunt secundum ea quæ docet Deus, et vivunt secundum ea quæ docet diabolus. Nam si de baptismo diceret, non diceret, *Nec de fonte extraneo biberis*; sed, de fonte extraneo

Johan. iii. 5. non te ablueris. Jam vero quod Dominus ait, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei*, quid eum adjuvet ad id quod putat, omnino non video. Aliud est enim, Omnis qui intrabit in regnum cælorum prius renascitur ex aqua et Spiritu, quia nisi renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum cælorum; quod Dominus dixit, et verum est: aliud autem, Omnis qui nascitur ex aqua et Spiritu intrabit in regnum cælo-

Act. viii. 13. rum; quod utique falsum est. Nam et Simon ille magus natus erat ex aqua et Spiritu, et tamen non intravit in regnum cælorum. Sic fieri potest ut hæreticis etiam contingat. Aut si non nascitur ex Spiritu nisi qui veraci conversione mutatur, omnes qui sæculo verbis et non factis renuntiant, non utique de Spiritu, sed ex aqua sola nascuntur: qui tamen et intus teste Cypriano sunt. Necesse est enim ut unum de duobus concedatur: aut illi qui fallaciter sæculo renuntiant, nascuntur de Spiritu, quamvis ad perniciem, non ad salutem, atque ita possunt et hæretici; aut si illud quod scriptum est, Sanctus enim Spiritus disciplinæ effugiet fictum, etiam ad hoc valet, ut fallaciter sæculo renuntiantes non nascantur de Spiritu; potest quis baptizari aqua, et non nasci de Spiritu; et frustra Nemesianus ait, *Neque Spiritus sine aqua operari potest, nec aqua sine Spiritu*. Jam vero et alibi sæpe dictum est,

quomodo fieri possit, ut habeant communiter unum baptismum, qui Ecclesiam non habent unam: sicut fieri potest in ipsa intus Ecclesia, ut non habeant unum Spiritum sancti per justitiam et immundi per avaritiam, et tamen habeant unum baptismum. Sic enim dictum est, *unum corpus*, id est, Ecclesia, sicut *unus Spiritus* et *unum baptismum*. Jam cetera quæ dixit, nostræ potius assertioni suffragantur. Posuit enim ex Evangelio testimonium, *Quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est; quia Deus spiritus est, et ex Deo natus est: et intulit, Ergo omnes hæretici et schismatici omnia quæcumque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo, Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, et cetera quæ ibi dicit Apostolus, ubi et hæreses commemoravit, iste exsecutus est: quoniam quicumque hæc faciunt, regnum Dei non hereditabunt. Deinde adjecit, et dixit, Condemnat itaque Apostolus cum omnibus malis et eos qui divisionem faciunt, hoc est, schismaticos et hæreticos. Bene, quod enumerans opera carnis, inter quæ et hæreses sunt, invenit et dixit simul omniam damnantem Apostolum. Interroget ergo ipsum sanctum Cyprianum, et audiat ab eo quam multi etiam intus secundum opera mala carnis vivunt, quæ cum hæresibus damnat Apostolus, et tamen baptizant et baptizantur. Cur ergo soli hæretici dicuntur baptismum habere non posse, quem habent socii damnationis ipsorum?*

Januarius a Lambæse dixit, *Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, et sic in Ecclesiam sanctam admittendos.*

Huic respondetur: Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decrevit concilium catholicum orbis terrarum, etiam in hæreticis inventum Christi baptismum non esse improbandum. Si autem poneret testimonia Scripturarum aut contra nos non esse, aut etiam pro nobis esse demonstraremus: sicut ecce qui eum sequitur.

CAP. 14.

Matth. v.

13.

Matth.

xxviii. 18.

Prov. xiv. 9.
sec. LXX.

(ⁱLucius a Castro Galbæ dixit: *Cum Dominus in Evangelio suo dixerit, Vos estis sal terræ; si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi ut projiciatur foras, et conculcetur ab hominibus: et iterum post resurrectionem suam mittens Apostolos suos mandaverit, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra; ite ergo, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus-sancti. Quum ergo manifestum sit hæreticos, id est, hostes Christi, non integram sacramenti confessionem habere: item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, quum ipsi ab Ecclesia, quæ una est, recedendo infatuati contrarii facti sint; fiat sicut scriptum est, Domus contrariorum legis debent emundationem: et consequens est eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt primo purgari, et tum demum baptizari.)*

Matth. v.

13.

Lucius a Castro Galbæ ex Evangelio posuit testimonium, dicente Domino, *Vos estis sal terræ, si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihil valebit, nisi ut projiciatur foras, et conculcetur ab hominibus: quasi nos dicamus homines ipsos foras projectos aliquid valere, vel ad suam vel ad aliorum*

ⁱ Hic adjecta item fuere in Erasmi editione et posterioribus libris verba Lucii, quæ ante aberant ab Am. et MSS. (Omissa sunt Lucii verba in meis MSSis.)

salutem. Sed et qui tales videntur intus, non solum spiritaliter foris sunt, sed etiam corporaliter in fine separabuntur. Omnes enim tales ad nihil valent, nec ideo tamen sacramentum baptismatis quod in eis est, nihil est. Nam et in ipsis qui projiciuntur foras, si resipiscant et redeant, salus eis quæ recesserat redit: baptismus vero quia non recesserat non redit. Et illud quod ait Dominus, *Ite ergo, et docete gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, non permisit baptizare nisi bonos: quia malis non diceret, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur. Quomodo ergo intus baptizant mali, qui dimittere peccata non possunt? Quomodo etiam baptizant malos non mutatos, quorum peccata adhuc super eos sunt, sicut Johannes dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc? Si autem tunc dimittuntur, cum se bonis et justis, per quos in Ecclesia peccata dimittuntur, quamvis a malis baptizati sint, intima caritate conjungunt: sic et illis qui forinsecus veniunt, et ad eandem compaginem corporis Christi, interno vinculo pacis accedunt: baptismus tamen Christi in utrisque agnoscendus, et in nullis improbandus est; sive ante quam convertantur, quamvis eis nihil prosit, sive cum convertuntur, ut prosit. *Cum ipsi ab Ecclesia quæ una est, inquit, recedendo infatuati contrarii facti sint; fiat sicut scriptum est, Domus contrariorum legis debent emundationem. Et consequens est, inquit, eos qui a contrariis baptizati, inquinati sunt, primo purgari, et tunc demum baptizari.* Quid ergo, raptores et homicidæ non sunt contrarii legis dicentis, Non occides, non furaberis? *Debent ergo*

Matth. xxviii. 19.

Johan. xx. 23.

1 Johan. ii. 9.

Exodi xx. 13.

¹ [Ex utroque MS. meo vocem addidi.]

emundationem. quis hoc negaverit? Et tamen non solum quicumque a talibus intus baptizantur, sed etiam qui tales non mutati baptizantur, quamvis adhuc purgationem debeant ut mutantur, non tamen amplius cum mutati fuerint baptizantur. Tanta vis est in sacramento simplicis baptismi, ut cum fateamur aliquem baptizatum et adhuc male viventem debere mundari, vetemus tamen ulterius baptizari.

CAP. 15.

Crescens a Circa dixit: *In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Jubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctissimorum ex scripturis deificis^k descendentium testimoniorum continent, ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus: censeo ego omnes hæreticos sive schismaticos, qui ad catholicam Ecclesiam venire voluerint, non ante ingredi nisi exorcizati et baptizati fuerint; exceptis his sane qui in Ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentiam Ecclesiæ reconcilientur.*

Hic admonemur iterum quærere, cur dixerit, *exceptis his sane qui in Ecclesia catholica fuerint ante baptizati?* An quia non amiserant quod intus acceperant? Ergo quod habere foris poterant, cur non et tradere poterant? An illicite foris traditur? Sed neque licite foris habetur, et tamen habetur: sic illicite foris datur, sed tamen datur. Quod autem præstatur redeunti qui intus acceperat, hoc præstatur venienti qui foris acceperat; id est, ut licite

^k Antiquiores MSS. omittunt, *descendentium testimoniorum*. Plures alii habent, *testimoniorum*; sed cum Am. et Er. carent verbo, *descendentium*. (Omittunt voces *descendentium testimoniorum* mei codices.)

intus habeat, quod illicite foris habebat. Sed aliquis forsitan quærat, quid de hac re ¹beati Cypriani epistola ad Stephanum dixerit, cujus in hac sententia commemoratio facta est, cum in exordio concilii non sit commemorata, credo quia non putatum est necessarium. Nam et ipsam in isto cœtu consacerdotum lectam esse dixit: quod factum omnino non dubito, quantum arbitror, ut fieri solet, quo possent jam congregati episcopi etiam de illa causa simul aliquid cognoscere, quæ illa epistola continetur. Nam prorsus ad quæstionem præsentem non pertinet; et magis miror cur eam iste commemorare voluerit, quam cur in exordio concilii commemoratio ejus prætermissa sit. Quod si quisquam arbitratur me aliquid noluisse in medium proferre, quod in ea positum est præsentis causæ necessarium, legat eam et sciat verum esse quod dico: aut si aliud invenerit, redarguat. Prorsus enim illa epistola ^mde baptismo apud hæreticos vel schismaticos dato, ¹unde nunc agimus, nihil habet.

Nicomedes a Segermis dixit: *Mea sententia hæc est*, CAP. 16.
ut hæretici ad Ecclesiam venientes baptizentur; eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

¹ Aliquot MSS. *de hac re habeat*: omissa postea, *dixerit*. Alii MSS. neutrum habent, nec *habeat*, nec *dixerit*. (Sic mei.)

^m Duæ exstant Cypriani ad Stephanum epistolæ, altera de Marciano Arelatensi episcopo amovendo, quæ nunc est ordine 68. altera quæ synodica est tractans omnino id unde agitur argumentum de baptizandis hæreticis et schismaticis. Priorem tantum viderat Augustinus, non posteriorem. (Conferas notam ad finem hujus vol. positam.)

¹ [For. scripsit Augustinus *quo de*. Invenitur *quo de agitur* apud auctores.]

Cui respondetur: Universæ Ecclesiæ catholicæ sententia hæc est, ut hæretici quamvis in hæresi jam Christi baptismo baptizati, ad Ecclesiam venientes non baptizentur. Si enim nulla est apud peccatores remissio peccatorum, nec intus peccatores peccata dimittunt: et tamen ab eis baptizati non rebaptizantur.

CAP. 17.
Matth.
xxviii. 19.

Monnulus a Girba dixit: *Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas apud nos, fratres, semper mansit et manet, vel maxime in baptismi trinitate, Domino nostro dicente, Ite, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Cum ergo manifesto, inquit, sciamus hæreticos non habere nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum, debent venientes ad Ecclesiam matrem nostram vere renasci et baptizari, ut cancer quod habebant, et damnationis ira, et erroris effectura, per sanctum et cæleste lavacrum sanctificetur.*

Huic respondemus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum in sacramento dumtaxat habere omnes qui baptismo verbis Evangelicis consecrato baptizantur: in corde autem et in vita nec illos habere, qui intus perditæ et exsecrabiliter vivunt.

CAP. 18.
Matth. xii.
30.
I Johan.
ii. 18. 19.

Secundinus a Cedias dixit: *Cum Dominus noster Christus dicat, Qui mecum non est, adversum me est: et Johannes apostolus eos qui ab Ecclesia exeunt antichristos dicat: indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt: et ideo censeo eos qui de hæreticorum insidiis confugiunt ad Ecclesiam, bap-*

ⁿ Am. et Er. *offocatum*. Nonnulli MSS. *offensa*: sed plerique, *effectura*. Apud Cyprianum est *effectura*. (Sed nunc apud Cyprianum *effectura* præstant Baluzianam secutæ editiones; perinde ac codex Augustini uterque meus.)

zandos esse a nobis, qui amici appellati sumus ° Dei de ejus dignatione.

Cui respondetur, Christi adversarios omnes esse, quibus dicentibus, Domine, nonne in nomine tuo ^{Matth. vii.} virtutes multas fecimus? et alia quæ ibi dicuntur, ^{22, 23.} in fine dicturus est, Non novi vos, recedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quæ tota palea si usque ad ultimum in malitia perseverabit, ¹ sive aliquid ejus ante ventilationem foras volet, sive intus esse videatur, igni destinata est. Si ergo propterea baptizandi sunt ad Ecclesiam venientes hæretici, ut ab amicis Dei baptizentur; numquid illi avari, raptores, homicidæ, amici Dei sunt, aut quos baptizaverint denuo baptizandi sunt?

Felix a Bagai dixit: *Sicut cæcus cæcum ducens* ^{CAP. 19.} *simul in foveam cadunt, ita hæreticus hæreticum bap-* ^{Matth. xv.} *tizans simul in mortem cadunt.* ^{14.}

Hoc verum est, sed non propterea verum est quod adjungit: *Et ideo, inquit, hæreticus baptizandus* ² *est et vivificandus, ne nos vivi mortuis communicemus.* Nonne mortui erant qui dicebant, Manducemus et ¹ *bibamus, cras enim moriemur?* Non enim credebant ^{32.} resurrectionem mortuorum. Qui ergo istorum colloquiis malis corrumpebantur et eos sequebantur, nonne pariter cum eis in foveam cadebant? Et in eis tamen erant isti quibus scribebat Apostolus jam baptizatis, nec tamen ideo si corrigerentur denuo baptizarentur. Nonne idem Apostolus ait, Sapere ^{Rom. viii. 6.} secundum carnem mors est? Et utique secundum

° Vox *Dei* abest ab Am. Er. et MSS. (Sic a meis, sed Cyprianus eam præstat.)

¹ [Sic MS. prior meus. Vulgo, *sive ante ventilationem ejus aliquid.*]

² [Addidi *est* ex MS. utroque meo Augustini et ex Cypriano.]

carnem sapiebant avari, fraudatores, raptores, inter quos gemebat ipse Cyprianus. Quid ergo illi in unitate viventi oberant mortui? Aut quis dicat baptismum Christi quod tales haberent vel darent, eorum iniquitatibus fuisse violatum?

CAP. 20. Polianus a Mileo dixit: *Justum est hæreticum baptizari in Ecclesia^p sancta.*

Nihil quidem brevius dici potuit. Sed puto et hoc breve est: Justum est baptismum Christi non exsufflari in Ecclesia Christi.

CAP. 21. Theogenes ab Hippone-regio dixit: *Secundum sacramentum^q Dei gratiæ cælestis quod accepimus, unum¹ baptisma quod est in Ecclesia sancta credimus.*

Potest et mea esse sententia. Sic enim librata est, ut nihil habeat contra veritatem. Nam et nos unum baptisma quod est in Ecclesia sancta credimus. Si autem dixisset, quod est in sola Ecclesia sancta credimus: respondendum erat sicut ceteris. Nunc vero quia sic dictum est, *Unum baptisma quod est in Ecclesia sancta credimus*; ut esse quidem in Ecclesia sancta diceretur, sed et alibi esse non negaretur: quodlibet ille senserit, contra hæc verba disputare non opus est. Si enim de me singula quærentur, utrum esset unum baptisma: responderem unum esse. Deinde si interrogarer, utrum hoc esset in Ecclesia sancta: responderem hoc esse. Tertio si quæreretur, utrum hoc baptisma crederem: responderem ita me credere; ac per hoc unum bap-

^p Sic in antiquis MSS. et apud Cypr. At in editis Am. et Er. in *Ecclesia Christi.*

^q Vox *Dei* quæ ab Er. et Lov. expuncta fuerat, restituitur ex MSS. et Am.

¹ [*Baptismum* editi et MSS. sed *baptisma*, quod infra positum est, ex Cypriano reposui.]

tisma quod est in Ecclesia sancta me credere responderem. Si autem quæreretur utrum in sola sancta esset Ecclesia, et apud hæreticos vel schismaticos non esset: non me ita credere cum tota Ecclesia responderem. Sed quia hoc ille in sententia sua non posuit, puto esse improbum ut ego illi addam verba contra quæ disputem, quæ ibi non inveni. Ita enim si diceret, Una est aqua Euphratæ fluminis, quæ est in paradiso: verum utique diceret. Sed si interrogaretur, utrum in solo paradiso esset ista aqua, et ita esse diceret, falsum diceret. Est enim et præter paradysum in his terris, in quas ab illo fonte perminat. Sed quis est tam temerarius, qui dicat hoc eum responsurum fuisse quod falsum est, cum posset fortasse hoc respondere quod verum est? Quapropter verba hujus sententiæ non debent habere contradictionem, quia nihil impediunt veritatem.

Dativus a Badis dixit: *Nos, quantum in nobis est*, CAP. 22. *hæretico non communicamus, nisi baptizatus in Ecclesia fuerit, et remissionem peccatorum acceperit.*

Respondetur: Si propterea vis eum baptizari, quia non accepit remissionem peccatorum; si intus aliquem inveneris qui tenens odium adversus fratrem sic baptizatus sit, cum Dominus mentiri non possit, qui ait, Si non dimiseritis, non vobis dimittetur, ju-Matth. vi. ^{15.} *bebis correctum denuo baptizari? Non utique: sic ergo nec hæreticum. Sane iste cur non breviter dixerit, Nos hæretico non communicamus; sed addidit, quantum in nobis est: non est prætereundum. Vidit enim plures huic sententiæ consentire, a quorum tamen consortio, ne violaretur unitas, se isti separare non possent, et addidit, quantum in nobis est: utique demonstrans non voluntate se communicare his quos arbitrabatur baptismum non habere,*

sed tamen omnia bono pacis et unitatis esse toleranda; quod et illi faciebant, qui istos non recte facere sentiebant, et illud tenebant quod postea melius declarata veritas docuit, et antiquior consuetudo concilio posteriore firmata robustius persuasit: invicem se tamen, cum salva caritate diversa sentirent, sollicita pietate toleraverunt, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis, donec alteris eorum, si quid aliter saperent, id quoque illis Deus revelaret. Hoc isti audiant, a quibus per hoc concilium unitas oppugnatur, per quod concilium quantum amanda sit unitas declaratur.

CAP. 23.

Successus ab Abbir Germanicana dixit: *Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt et Spiritum sanctum dare: si autem Spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. Propterea censemus hæreticos baptizari.*

Huic prope totidem verbis ita responderi potest: Homicidis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt et Spiritum sanctum dare: si autem Spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. Propterea censemus ab homicidis baptizatos, vel homicidas baptizatos atque in melius non mutatos, cum se correxerint, baptizari. At hoc

¹ Johan. iii.
¹⁵.

non est verum. Qui enim odit fratrem suum homicida est; et tales noverat intus Cyprianus, qui utique baptizabant. Frustra ergo talia de baptizandis hæreticis dicta sunt.

CAP. 24.

Fortunatus a Thuccabori dixit: *Jesus Christus Dominus et Deus noster, Dei Patris et creatoris Filius, super ^rpetram ædificavit Ecclesiam, non super*

^r In MSS. *super Petrum.* (Habet *Petrum* hic et infra codex

hæresim : et potestatem baptizandi episcopis dedit, non hæreticis. Quare ^s qui extra Ecclesiam sunt, et contra Christum stantes, oves ejus et gregem spargunt, baptizare foris non possunt.

Ad hoc addidit, *foris*, ut ei tjam breviter responderi non possit. Nam et huic totidem pene verbis ita responderetur: Jesus Christus Dominus et Deus noster, Dei Patris et creatoris Filius, super petram ædificavit Ecclesiam, non super iniquitatem: et potestatem baptizandi episcopis dedit, non iniquis. Quare qui non pertinent ad petram, super quam ædificant qui verba Dei audiunt et faciunt, sed contra Christum viventes audiendo verba ejus et non faciendo, ac per hoc super arenam ædificando, oves ejus et gregem perditorum morum exemplo corrumpunt, baptizare non possunt. Numquid non posset hoc verisimiliter dici? et tamen falsum est. Baptizant quippe iniqui; quoniam iniqui sunt illi raptores, quos in unitate secum positos Cyprianus arguebat. Sed ideo, ^u inquit, addidit *foris*. Cur ergo isti foris baptizare non possunt? An quia pejores sunt eo ipso quo foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi, quanto pejor id tradat. Neque enim tantum interest inter malum et pejorem, quantum interest inter bonum et malum: et tamen

prior meus, perinde ac Cypriani aliquot MSS. sed rectius *petram* utroque loco alter meus.)

^s Sic in MSS. plerisque et apud Lov. et Cypr. At apud Am. et Er. *Quare? Quia extra* &c. (Et *quia* pro *qui* prior codex meus.)

^t Corbeiensis et antiquiores quidam MSS. *tam breviter*.

^u Er. et Lov. *inquam*. At Am. et MSS. *inquit*, subaudi, Donatista.

cum baptizat malus, non aliud dat quam bonus. Ergo et cum baptizat pejor, non aliud dat quam ille qui minus est malus. An forte non ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet, ut foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset, et totiens necesse esset baptizari, quotiens recedens quisque ab Ecclesia rursus ad Ecclesiam remeasset.

Jam vero si diligentius quæramus quid sit *foris*, maxime quia ipse commemorationem fecit ^xpetræ super quam ædificatur Ecclesia: nonne illi sunt in Ecclesia, qui sunt in petra; qui autem in petra non sunt, nec in Ecclesia sunt? Jam ergo videamus utrum super petram ædificium suum constituent, qui audiunt Christi verba, et non faciunt. Contradicit eis ipse Dominus, dicens, *Qui audit verba mea hæc, et facit ea, similabo illum viro prudenti, qui ædificat domum suam super petram; et paulo post, Qui audit verba mea hæc, et non facit ea, similabo eum viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam.* Si ergo in petra est Ecclesia, illi qui super arenam sunt, quia extra petram sunt, profecto extra Ecclesiam sunt. Recordemur itaque quam multos commemoret Cyprianus velut intus positos qui ædificant super arenam, id est, audiunt verba Christi et non faciunt. Et ideo quia super arenam sunt, extra petram esse convincuntur, quod est extra Ecclesiam: tamen et quamdiu ita sunt, et nondum vel numquam in melius commutantur, baptizant et baptizantur; et baptismus quem habent, illis ad damnationem destinatis integer manet.

Matth. vii.
24. 26.

^x Plures MSS. *Petri super quem*: male, ut ex sequentibus patet. (Sic prior meus.)

Neque hoc loco dici ^y potest, Quis enim facit omnia verba Domini, quæ in ipso Evangelico sermone conscripta sunt, quem concludens ait, ædificare super petram qui eadem verba audirent et facerent; super arenam autem qui audirent et non facerent? Quia et si a quibusdam non implentur omnia, in eodem tamen sermone posuit medicinam, dicens, Dimittite, Lucæ vi. 37. et dimittetur vobis. Et post orationem Dominicam in eodem ipso sermone commemoratam atque conscriptam: *Dico enim vobis*, inquit, *si dimiseritis peccata hominibus, dimittet et vobis Pater vester peccata vestra; si autem non dimiseritis hominibus, neque Pater vester dimittet vobis.* Matth. vi. 14, 15. Hinc et ^z Petrus ait, quia i Petr. iv. 8. caritas cooperit multitudinem peccatorum: quam utique non habebant illi, ac per hoc super arenam ædificabant, de quibus idem Cyprianus dicit, quod Epist. 73. ad Jubain. intus in malevola invidia etiam temporibus apostolicis sine caritate conversabantur; et ideo intus quidem esse videbantur, sed foris erant, quia in illa petra per quam significatur Ecclesia non erant.

Sedatus a Tuburbo dixit: *In quantum aqua sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum hæretico sermone velut ^a cancer infecta cumulat peccata. Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus et tinctus, singulare et verum ¹ ecclesiæ baptisma ^b detractet* CAP. 25.

^y In hunc locum Lovanienses, Annotationum pag. 47. *Sentit ergo*, aiunt, *præcepti esse omnia quæ sermone Domini in monte habito continentur.*

^z Antiquiores MSS. *Johannes ait.* Verius tamen, *Petrus ait.* (*Johannes habet alter meus.*)

^a Sic Am. Er. et MSS. hic et apud Cyprian. At Lov. *cancer.*

^b Am. et plures MSS. *retractet.* Er. *detractet.* (*Retractet* MSS. mei, sed recte *detractet* Cyprianus.)

¹ [Addidi vocem ex cod. meo altero et Cypriano.]

accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus c regno cælorum fiet alienus.

Huic respondetur, quia si non sanctificatur aqua, cum aliqua erroris verba per imperitiam preceptor effundit, multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatae, et multa in eis reperiuntur contra catholicam fidem. Numquid si ^dmanifestetur aliquos baptizatos, cum illae preces dictae super aquam fuissent, jubebuntur denuo baptizari? Quid ita? Quia plerumque precis vitium superat precantis affectus: et quia certa illa Evangelica verba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum valent, ut per illa sic evacuentur quaecumque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam utique hæreticus si afferat precem vitiosam, nec bonum ^ehabet caritatis affectum, quo possit illa imperitia superari; et ideo similis est ei quicumque in ipsa Catholica invidus et malevolus, quales illic arguit Cyprianus: afferat etiam, ut fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam fidei; multi quippe irruunt in preces, non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, et per ignorantiae simplicitatem, non eas valentes discernere, utuntur eis arbitrantes quod bonae sint; nec tamen quod in eis perversum est evacuat illa quae ibi recta sunt, sed ab eis potius evacuat: sicut in ipso homine

^c Sic in MSS. et apud Cypr. At Lov. *a regno cælorum Ecclesia fiet alienus.* (Habet *a regno* prior meus.)

^d Sola fere editio Lov. *manifestarentur aliqui baptizati, juberentur denuo baptizari.*

^e Editi, *habeat.* At MSS. *habet.*

sed ab eis potius evacuatur: sicut in ipso homine bonæ spei et probabilis fidei, sed tamen homine, si quid aliter sapit, non inde evacuantur quæ recte Philip. iii. sapit, donec ei Deus revelet et quod aliter sapit. Si ¹⁵ autem ipse malus est atque perversus, si precem integram dicat, et nulla ex parte fidei catholicæ adversam, non ideo ipse rectus est, quia illa recta est: et si in aliquibus perversam precem afferat, Deus adest Evangelicis verbis suis, sine quibus baptismus Christi consecrari non potest; et ipse sanctificat sacramentum suum, ut homini sive ante quam baptizetur, sive cum baptizatur, sive postea quandoque ad se veraciter converso, idipsum valeat ad salutem, quod ad perniciem nisi converteretur valeret. Ceterum quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba Evangelica quibus Symbolum constat illic defuerint? Sed facilius inveniuntur hæretici qui omnino non baptizent, quam qui non illis verbis baptizent. Ideoque dicimus non omnem baptismum, (nam in multis idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur,) sed baptismum Christi, id est, verbis Evangelicis consecratum, ubique eundem esse, nec hominum quorumlibet et qualibet perversitate violari.

Sane in ista quoque sententia non negligenter omittendum est, quod hic interposuit et ait, *Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus*, et cetera. Respexit enim verba illa beati Cypriani dicentis, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes*. Ecce quantum valeat in bonis Ecclesiæ filiis amor unitatis et pacis, ut quos dicebant sacrilegos et profanos, sine baptismo ut arbitrabantur admissos, si eos quantum putabant corrigere non

valerent, eligerent potius tolerare, quam propter eos
 Matth. xiii. sanctum illud vinculum rumpere, ne propter zizania
 29. eradicaretur simul et triticum; permittentes quan-
 tum in ipsis erat, sicut in illo nobilissimo iudicio
 3 Reg. iii. Salomonis, infantile corpus a falsa matre nutriri po-
 26. tuis, quam concidi. Hoc autem et illi faciebant, qui
 de baptismi sacramento verius sentiebant, et isti qui-
 bus pro merito tantæ caritatis Deus erat revelaturus,
 si quid aliter sapiebant.

CAP. 26. Privatianus a Sufetula dixit: *Qui hæreticos po-
 testatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hære-
 sim condiderit. Si enim hæresis a Deo est, habere
 indulgentiam divinam potest: si vero a Deo non est,
 quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui
 potest?*

Huic totidem verbis ita responderi potest: Qui
 malevolos et invidos potestatem baptizandi habere
 dicit, dicat prius quis malevolentiam invidiamque
 condiderit. Si enim malevolentia et invidia a Deo
 est, habere et indulgentiam divinam potest: si vero
 a Deo non est, quomodo aut gratiam Dei habere aut
 conferre alicui potest? Sed sicut ista eodem modo
 dicta manifestissime falsa sunt, sic etiam illa quæ ut
 convincerentur hæc, dicta sunt. Baptizant enim
 malevoli et invidi, sicut concedit ipse Cyprianus,
 quia eos etiam intus esse testatur. Sic ergo possunt
 etiam hæretici baptizare, quia baptismus sacramen-
 tum Christi est; invidia vero et hæresis opera dia-
 boli, quæ quisquis habuerit, non hinc¹ efficit, ut si
 habeat sacramentum Christi, etiam ipsum numeretur
 inter opera diaboli.

Privatus a Sufibus dixit: *Qui hæreticorum baptis-*

¹ [Potius scribendum, non hinc efficiunt.]

num probant, quid aliud quam hæreticis communi- CAP. 27.
cant?

Huic respondetur: Non est baptismus hæreticorum, quem in hæreticis probamus: sicut non est baptismus avarorum, insidiosorum, fraudatorum, raptorum, invidorum, quem probamus in eis. Omnes quippe isti iniqui sunt: sed justus est Christus, cujus in se sacramentum, quod ad ipsum adtinet, sua iniquitate non violant. Alioquin posset alius dicere, Qui iniquorum baptismum probant, quid aliud quam iniquis communicant? Quod ipsi Catholicæ si quis objiceret, responderetur ei quod huic modo responsum est.

Hortensianus a Laribus dixit: *Quot sint baptismi,* CAP. 28.
viderint aut præsumtores aut fautores hæreticorum: nos unum baptisma, quod non nisi in Ecclesia novimus, Ecclesiæ vindicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit adversarios suos esse?

Huic simili tenore verborum ita respondemus: Viderint aut præsumtores aut fautores iniquorum; nos unum baptisma, quod non nisi Ecclesiæ novimus, ubicumque inventum quando possumus ad Ecclesiam revocamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit adversarios suos esse? Omnibus quippe iniquis dicit, Non novi vos, recedite a me, qui operamini iniquitatem: Matth. vii. et tamen cum baptizant, non ipsi baptizant, sed ille ^{23.} de quo Johannes dicit, Ipse est qui baptizat.

Cassius a Macomadibus dixit: *Cum baptismata* Johan. i. 33.
duo esse non possint, qui hæreticis baptismum conce- CAP. 29.

¹ [Abesse verba, *Quot sint baptismi*, ab Augustini MS. utroque meo, et a quatuor, quibus usus sum, Cypriani codicibus supra dixi.]

dit, sibi tollit. Censeo itaque flebiles et tabidos hæreticos baptizandos esse cum ad Ecclesiam venire cœperint, ^fet sacra et divina lavatione lotos, et lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, non alienos, sed fidei Domini domesticos, non ^gadulteros, sed Dei filios, non erroris, sed salutis effectos, in Ecclesiam recipi: absque his qui ^hde Ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierant; sed eos per manus impositionem restituendos.

Posset alius dicere: Cum Christi baptismata duo esse non possint, qui iniquis baptismum concedit, sibi tollit. Sed nobiscum etiam isti resisterent et dicerent: Concedimus iniquis baptismum; qui non ¹ab ipsis est, sicut iniquitas, sed a Christo cujus est æquitas, et cujus sacramentum etiam apud iniquos non est iniquum. Quod ergo nobiscum de iniquis dicerent, hoc sibi de hæreticis dicant. Et ideo quod sequitur ita potius erat dicendum: Censeo itaque flebiles et tabidos hæreticos non baptizandos esse cum ad Ecclesiam venire cœperint, si habent jam baptismum Christi, sed a sua perversitate corrigendos. Nam etiam de iniquis dici potest, quorum portio sunt hæretici: Censeo itaque flebiles et tabidos iniquos, si jam baptizati sunt, non baptizandos esse cum ad Ecclesiam, id est, ad illam petram extra

^f Am. et antiquiores MSS. *ut sacra.* (Sed cod. uterque meus cum Cypriano præstant *et.*)

^g Nova Cypriani editio, *non adulterinos.* Sed nostri omnes libri constanter, *non adulteros.* Alludit Cassius ad illud Hebr. xii. 8. *Ergo adulteri, et non filii estis.* (Irreperat in Fellinam Cypriani editionem vox *adulterinos.*)

^h Lov. *in Ecclesia.* At Am. Er. et meliores MSS. ut apud Cyprianum, *de Ecclesia:* sed infra tamen in Augustini responsione ferunt, *in Ecclesia.*

¹ [*ab ipsis in ipsis est,* præstant ambo MSS. mei.]

quam sunt omnes qui audiunt verba Christi et non faciunt, venire cœperint; sed sacra et divina latione jam lotos, tunc autem et lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, nam iniqui non habent pacem; non alienos, sed fidei Domini domesticos, nam iniquis dictum est, Quomodo conversa es Jerem. ii. in amaritudinem vitis aliena? non adulteros, sed Dei ^{21.} filios, nam iniqui sunt filii diaboli; non erroris, sed salutis effectos, nam non salvat iniquitas: in Ecclesiam recipi, id est, in illam petram, in illam columbam, in illum hortum conclusum et fontem signatum, qui non nisi in tritico, non autem in paleis agnoscitur, sive longe a vento separentur, sive usque ad ultimam ventilationem frumento commixti videantur. Frustra ergo Cassius addidit, *Absque his qui in Ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierant.* Si enim et ipsi ab Ecclesia recedendo baptismum amiserant, etiam ipsis reddatur: si autem non amiserant, quod per eos datum est agnoscatur.

Alius Januarius a vico Cæsaris dixit: *Si non ob-* CAP. 30.
temperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori: et ideo nos Ecclesiæ adsistimus, in qua præsidemus, ut baptismum ejus ipsi soli vindicantes, eos quos Ecclesia non baptizavit, baptizemus.

Respondetur: Quos Ecclesia baptizat, utique petra illa baptizat, extra quam sunt omnes qui audiunt verba Christi et non faciunt. Baptizentur ergo quicumque a talibus baptizati sunt. Quod si non fit, sicut in istis, ita in hæreticis baptismus Christi, eorum iniquitate et perversitate damnata sive correcta, agnoscendus et approbandus est.

Alius Secundinus a Carpis dixit: *Hæretici Chris-* CAP. 31.

Matth. xii.
30.

tiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in Ecclesia Dei non sunt? Si Christiani non sunt, fiant. Aut quo pertinebit sermo Domini dicentis, Qui non est mecum, adversus me est; et qui non colligit mecum, spargit? Unde constat super filios alienos et soboles antichristi Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptisma non habere.

Huic respondetur: Iniqui Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in illa petra non sunt in qua ædificatur Ecclesia; audiunt enim verba Christi et non faciunt. Si Christiani non sunt, fiant. Aut quo pertinebit sermo Domini dicentis, Qui non est mecum, adversus me est; et qui mecum non colligit, spargit? Spargunt enim oves ejus, qui eas ad morum suorum labem prava imitatione perducunt. Unde constat, super filios alienos (quod omnes iniqui appellantur) et soboles Antichristi (quod sunt omnes qui Christo adversantur) Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, si cordis non adsit vera conversio; cum manifestum sit iniquos quamdiu iniqui sunt, baptisma quidem posse habere, sed salutem cujus sacramentum baptisma est, habere non posse. Videamus enim si hæretici describuntur in Psalmo illo, ubi de filiis alienis ita dicitur: “ Domine, libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis; quorum filii eorum velut novellæ constabilitæ, filiæ eorum ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in hoc: oves eorum

Psal. cxliv.
7—15.

ⁱ Hic ex MSS. addimus, *eorum*. (Consentientibus meis.)

“ fecundæ, multiplicantes in exitibus suis; boves
 “ eorum crassi: non est ruina maceriæ, neque ex-
 “ itus, neque clamor in plateis eorum. Beatum
 “ dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus
 “ cujus est Dominus Deus ipsius.” Si ergo isti sunt
 filii alieni, qui in rebus temporalibus et abundantia
 terrenæ felicitatis beatitudinem ponunt, et divina
 præcepta contemnunt, videamus si non iidem ipsi
 sunt de quibus Cyprianus ita dicit, in se quoque
 transfigurans eos, ut de his se dicere ostendat, cum
 quibus sacramenta communicabat: *Dum viam Do-*
mini, inquit, non tenemus, nec data nobis ad salutem
cælestia mandata servamus. Fecit Dominus noster
voluntatem Patris, et nos non facimus Domini volun-
tatem, patrimonio et lucro studentes, superbiam sec-
tantes, et cetera. (Ep. II. ad Clericos.) At si isti
 baptismum et habere et tradere poterant, cur nega-
 tur esse posse in filiis alienis? quos tamen hortatur
 ut cælestia mandata servando, missa sibi per unicum
 Filium, fratres ejus et filii Dei esse mereantur.

Victoricus a Thabraca dixit: *Si licet hæreticis* CAP. 32.
baptizare, et remissam peccatorum dare; quid illos
infamamus ut hæreticos appellemus?

Quid, si alius diceret, Si licet iniquis baptizare, et
 remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, ut
 iniquos illos appellemus? Quod huic responderetur
 de iniquis, hoc et illi respondeatur de hæreticis; id
 est, neque eorum esse baptismum quo baptizant, et
 non esse consequens ut quisquis habet baptismum
 Christi, etiam de peccatorum remissione securus sit;
 si hoc in sacramento tantum habet, nec veraci cor-
 dis ^kconversione conversus est, ut dimittenti dimit-
 teretur.

^k Plures MSS. *confessione.* (Adde alterum meum.)

CAP. 33.

Alius Felix ab Uthina dixit: *Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non in tantum posse humanam præsumptionem, quantum Domini nostri Jesu Christi adorandam et venerabilem majestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum observare debemus, verum etiam ab omnibus nobis confirmare, ut omnes hæretici qui ad sinum matris Ecclesiæ accurrunt baptizentur; ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lavacri purgata in melius reformetur.*

Fortassis iste qui in diuturna tabe purganda causam posuit, cur deberent hæretici baptizari, parceret eis qui in aliquam hæresim irruentes exiguo illic tempore fuissent, et cito correcti ad Catholicam inde migrassent. Deinde et ipse parum advertit, ita dici posse, ut iniqui omnes qui ad illam petram in qua Ecclesia significatur accurrunt, baptizentur; ut mens iniqua quæ extra petram in arena ædificabat audiendo verba Christi et non faciendo, sanctificatione lavacri purgata in melius reformetur: et tamen non fit, si jam baptizati sunt, etiam si probentur tales fuisse cum baptizarentur; id est, ut sæculo verbis et non factis renuntiarent.

CAP. 34.

Quietus a Buruch dixit: *Qui fide vivimus, obsequi his quæ instruendis nobis ante prædicta sunt, ^mcredula observatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem, Qui baptizatur a mortuo, ⁿquid proficit lava-*

Eccli.
xxxiv. 30.
sec. LXX.

^l Er. et aliquot MSS. *non tantum posse.* (Sic prior meus, et Cypriani Fellina editio ante Baluzianam.)

^m Cambronensis codex et Cypriani editio, *sedula.* (Positum est *credula* in Baluzii editione.)

ⁿ Am. Er. et Cypr. addunt, *et iterum tangit mortuum:* male, hoc enim addito locus ad rem nihil facit. (Hoc additamentum, recte omissum a Baluzio apud Cyprianum, non agnoscunt vel Cypriani vel Augustini penes me MSSi.)

tio ejus? Quod utique de his qui ab hæreticis tinguuntur, et de tinguentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt? Si vero a mortuo salutis nihil accipitur, ac propterea cognito errore pristino, ad veritatem cum pœnitentia revertuntur; uno vitali baptismate, quod in Ecclesia catholica est, sanctificari debebunt.

Quid sit a mortuo baptizari, sine præjudicio diligentioris ejusdem scripturæ considerationis, alibi jam diximus. Quæro autem cur hæreticos solos velint intelligi mortuos, cum Paulus apostolus generaliter de peccato dixerit, Stipendium peccati mors: et iterum, Sapere autem secundum carnem mors est. Et cum mortuam dicat viduam, quæ in deliciis vivit, quomodo non sunt mortui, qui sæculo verbis et non factis renuntiant? Quid ergo proficit lavatio ejus qui ab istis baptizatur: nisi quia et ipse si talis est, lavacrum quidem habet, sed non ei proficit ad salutem? Si autem ille a quo baptizatur talis est, iste vero non falso corde ad Deum convertitur, non ab illo mortuo baptizatur, sed ab illo vivo de quo dictum est, Ipse est, qui baptizat; quolibet corporaliter operante baptizet. Quod autem ait de hæreticis, *Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt?* Respondetur: Ideo veniunt, quia etiamsi Christi baptismum usque ad sacramenti celebrationem perceperint, tamen vitam æternam nisi per unitatis caritatem non consequuntur: sicut nec illi malevoli et invidi, quibus non dimitterentur peccata, nec si adversus eos odium tenerent a quibus paterentur injuriam; quia Veritas dixit, Si non dimiseritis,

Contra Parmen. lib. 2. cap. 10.

Rom. vi. 23.
Ibid. viii. 6.
1 Tim. v. 6.

Johan. i. 33.

Matth. vi. 15.

nec Pater vester dimittet vobis: quanto magis cum
 Psal. xxxiv. 12. eos oderant, quibus retribuiebant mala pro bonis? Nec
 tamen isti sæculo verbis solis et non factis renun-
 tiantes, si postea corrigerentur, rursus baptizarentur;
 sed uno vitali baptismate sanctificarentur. Quod
 quidem in Catholica est, sed non in sola; sicut nec
 in sanctis solis, qui ædificati sunt super petram, et
 Cant. vi. 8. ex quibus unica illa columba perficitur.

CAP. 35. Castus a Sicca dixit: *Qui contempta veritate præ-
 sumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus
 est et malignus, quibus veritas revelatur; aut circa
 Deum ingratus est, cujus inspiratione Ecclesia ejus
 instruitur.*

Iste si convinceret eos qui diversa sentiebant, et
 hoc tenebant, quod etiam totus orbis postea Chris-
 tiano concilio confirmatus obtinuit, ita consuetudinem
 sequi, ut contemnerent veritatem, hæc verba formidare
 deberemus: cum vero illa consuetudo et a veritate
 propagata et veritate roborata reperitur, nihil in hac
 sententia pertimescimus. Et tamen si illi *circa fratres
 invidi erant et maligni, aut circa Deum ingrati*, ecce
 qualibus communicabant, ecce quales diversa sentien-
 tes, sicut Cyprianus prædixit, a jure communionis non
 amovebant, ecce a quibus non polluebantur in °conser-
 vatione unitatis, ecce quantum amandum sit vinculum
 pacis; ecce quid considerent qui nobis de p prædeces-
 sorum Episcoporum concilio calumniantur, quorum
 caritatem non imitantur, et quorum exemplo consi-
 derato jure damnantur. Si consuetudo erat, sicut

° Am. Er. et plures MSS. *in conversatione unitatis.* (Minus bene et mei *conversatione* habent.)

p In MSS. *præcessorum.* (Itidem in meis.)

hæc sententia testis est, ut hæretici venientes ad Ecclesiam cum baptismo quod habebant susciperentur, aut hoc recte fiebat, aut mali bonos in unitate non maculant. Si recte fiebat, cur orbem terrarum, quia sic recipiuntur, accusant? Si autem mali bonos in unitate non maculant, quomodo se a crimine sacrilegæ separationis excusant?

Eucratius a Thenis dixit: *Fidem nostram, et bap-* CAP. 36.
tismatis gratiam, et legis ecclesiasticæ regulam Deus et
Dominus noster Jesus Christus suo ore Apostolos do-
cens perimplevit, dicens, Ite, docete omnes gentes, bap- Matth.
tizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus xxviii. 19.
sancti. Falsum ergo hæreticorum baptisma et ini-
quum a nobis pellendum est, et omni ^q contestatione
refutandum, de quorum ore virus, non vita; nec gra-
tia cælestis, sed blasphemia Trinitatis exprimitur. Et
ideo venientes ad Ecclesiam hæreticos integro et catho-
lico baptismo baptizari debere manifestum est, ut a
blasphemia suæ præsumptionis purificati, possint Spi-
ritus sancti ^r gratia reformari.

Plane si non est baptismus Patris et Filii et Spiritus sancti nomine consecratus, hæreticorum deputetur, et ^s iniquus a nobis omni contestatione refutetur: si autem hoc in eo nomen agnoscimus, melius verba Evangelica ab hæreticorum errore distinguimus, et quod in eis probum est approbamus, quod mendosum est emendamus.

^q Apud Cyprianum, *detestatione*. Et paulo post, *ut a blasphemia suæ præsumptione*. (Correxit Cyprianum posteriori loco Baluzius.)

^r Nostri MSS. *gloria reformari*. (*Gratia* præstant mei.)

^s In MSS. *iniquum*. Sed Lovanienses malunt, ut in prioribus editis, *iniquus*: quia in responsione Augustini non *baptisma*, sed *baptismus* ponitur. (*Iniquum* et mei.)

CAP. 37.

Libosus a Vaga dixit: *In Evangelio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati: ut et si in præteritum quis in Ecclesia hæreticos non baptizabat, nunc baptizare incipiat.*

Johan. xiv.
6.

Hic nihil ostendere conatus est quomodo sit veritas[†], cui debere dicit consuetudinem cedere. Plus tamen nos adjuvat adversus istos qui se ab unitate diviserunt, quod illam consuetudinem fuisse confiteatur, quam quod eam veritati quam non ostendit, cedere oportere arbitratur. Illa est enim consuetudo, quæ si sacrilegos ad altare Christi sine baptismi purgatione admittebat, et nullum bonorum in unitate polluebat, quicumque se ab eadem unitate, in qua nullorum malorum contagione pollui poterant, frustra separaverunt, manifestum sacrilegium schismatis admiserunt. Si autem per illam consuetudinem omnes polluti perierunt, de qua caverna isti sine originali veritate et cum calumniæ calliditate procedunt? Si vero recta fuerat consuetudo, qua sic suscipiebantur hæretici, relinquunt furorem, fateantur errorem; veniant ad Catholicam, non ut retinguantur sacramento baptismatis, sed ut curentur a plaga concisionis.

CAP. 38.

Lucius a Thebeste dixit: *Hæreticos, blasphemos, atque iniquos verbis variis decerpentes sancta et adorabilia Scripturarum verba, exsecrandos censeo; et ideo exorcizandos et baptizandos.*

Et ego exsecrandos censeo; sed non ideo exorcizandos et baptizandos. Ipsorum est enim figmentum quod exsecror, Christi autem sacramentum quod veneror.

[†] Hic in editis superfluo additur, *manifestata*. (Habet *manifestata*, nec sine causa, prior codex meus.)

Eugenius ab Ammedera dixit: *Et ego hoc idem* CAP. 39.
censeo, hæreticos baptizandos esse.

Huic respondetur: Sed non hoc censet Ecclesia, cui Deus jam plenario etiam concilio revelavit, quod tunc adhuc aliter quidem sapiebatis; sed quia in Philip. iii. vobis caritas salva erat, in unitate permanebatis. 15.

Item alius Felix ab Amaccura dixit: *Et ipse se-* CAP. 40.
cutus divinarum Scripturarum auctoritatem, hæreticos baptizandos esse censeo; sed et eos qui se apud schismaticos baptizatos esse contendunt. Si enim secundum, cautum Christi, privatus fons noster est, intelligant cuncti Ecclesiæ nostræ adversarii, quia ^ualienus esse non potest, nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec hæreticos nec schismaticos aliquid cæleste suscipere, qui a peccantibus hominibus et ab Ecclesia extraneis audent accipere. Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

Huic respondetur, Scripturas divinas nusquam præcepisse, ut hæretici apud hæreticos baptizati denuo baptizentur; sed multis locis ostendisse, alienos esse ab Ecclesia, omnes qui non sunt in petra, nec ad columbæ illius membra pertinent; et tamen baptizare et baptizari, et habere sine salute sacramentum salutis. Fons autem noster qui similis est fonti paradisi, quod etiam sicut ille extra paradysum profluat, jam satis dictum est: *et quod duobus populis*, id est, suo et extraneo, *salutarem aquam tribuere non potest ille qui unius gregis pastor est*, concedo atque consentio. Sed numquid quia salutaris non est extraneis, ideo ipsa non est? Aqua enim diluvii con-

^u Am. et Er. *alienis*. Editio Cypr. *alieni sunt*. (Sed *alienus esse non potest* Cypriani editio Baluziana præstat.)

stitutis intra arcam salutaris fuit, extra arcam vero mortifera fuit; eadem tamen fuit. Et multi extranei, id est, invidi, quos ex parte diaboli esse Cyprianus dicit et de Scripturis ostendit, velut intus videntur, et tamen nisi essent extra arcam, non morerentur per aquam. Tales enim baptismus, cum eo male utuntur, necat; sicut illis de quibus ait Apostolus, bonus odor Christi erat in mortem. Cur ergo non suscipiunt aliquid cæleste vel schismatici vel hæretici? sicut spinæ sive zizania pluviam, sicut ipsi qui extra arcam fuerunt, aquam de cataractis cæli venientem susceperunt quidem, sed ad perniciem, non ad salutem. Ideoque illud quod in ultimo posuit, *Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest*; non laboro refellere: quia et nos dicimus accipientibus non prodesse, cum in hæresi accipiunt consentientes hæreticis; et ideo veniunt ad catholicam pacem atque ^xunitatem, non ut baptismum accipiant, sed ut eis prodesse incipiat quod acceperant.

2 Cor. ii.
15, 16.

CAP. 41.

Item alius Januarius Muzulensis dixit: *Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptismum, non omnes intelligant ejusdem baptismi unitatem. Ecclesia enim et hæresis duæ et diversæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus: si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, Ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat et gratiam Christi et veritatem.*

Posset alius similiter dicere, et similiter non verum dicere: Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptismum, non omnes intelligant ejusdem baptismi unitatem. Justitia enim et iniquitas duæ et

^x Plures MSS. *atque veritatem.* (Itidem mei.)

diversæ res sunt. Si iniqui habent baptismum, justi non habent: si autem justi habent, iniqui habere non possunt. Dubium autem non est, justos solos baptismum Christi possidere, qui soli possideant et gratiam Christi et veritatem. Hoc certe falsum est, illis quoque fatentibus. Et illi quippe invidi qui sunt ex parte diaboli ¹ et intus positi, sicut dicit Cyprianus, atque y apostolo Paulo notissimi, baptismum habebant; nec ad membra illius columbæ quæ in petra tuta est pertinebant.

Adelphius a Thasbalte dixit: *Sine causa quidem* CAP. 42. *falso et invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando Ecclesia hæreticos non rebaptizet, sed baptizet.*

Immo vero modo non rebaptizat; quia nisi eos qui baptizati non sunt, non baptizat; quam consuetudinem anteriorem perspecta diligentius veritas etiam concilio posteriore firmavit.

Demetrius a Leptiminus dixit: *Unum baptismum* CAP. 43. *nos custodimus, quia Ecclesiæ catholicæ soli rem suam vindicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere et legitime baptizant, ipsi sunt qui non ^z duo, sed multa baptismata faciunt: nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero et baptismata computabuntur.*

Huic respondetur: Si ita est, tot ergo numerentur baptismata, quot sunt opera carnis, de quibus ait Apostolus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei Galat. v. 21. non possidebunt: inter quæ numerantur et hæreses,

y In quibusdam libris, atque apostolus Paulus, notissimum baptismum.

z Sic Am. Er. et omnes hic MSS. At Lov. et Cypr. non unum.

¹ [Ex altero meo MS. addidi.]

et tam multa ipsorum^a operum intus tamquam in palea tolerantur, et tamen unum baptisma omnibus est, quod nullo iniquitatis opere violatur.

CAP. 44.

Vincentius a Thibari dixit: *Hæreticos scimus esse peiores, quam ethnicos. Si conversi ad Deum venire voluerint, habent utique regulam veritatis, quam Dominus præcepto divino mandavit Apostolis, dicens, Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco, Ite, et docete gentes, tingentes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi pollicitationem venire; alias autem fieri^b censeo non debere.*

Marci xvi.

17.

Matth.

xxviii. 19.

Matth.
xviii. 17.

Ex qua regula dicat hæreticos peiores esse quam ethnicos, nescio; cum Dominus dicat, Si neque Ecclesiam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. An etiam tali hæreticus peior est? Nihil resisto: non tamen propterea quia ipse homo peior est ethnico, id est, gentili atque pagano, sacramentum etiam Christi si quod habet, vitiis ejus moribusque miscetur, et eadem permixtione corruptum perit. Nam et illi qui recedunt de Ecclesia, et fiunt hæresum non tantum sectatores, sed etiam conditores, si jam baptizati recedunt, cum secundum istam regulam peiores sint ethnicis, habent tamen baptismum: nam si correcti redeant, non accipiunt; quod si amisissent, utique acciperent. Potest ergo fieri ut aliquis peior sit ethnico, et tamen in eo Christi sacra-

^a Editi, *ipsorum opera*. At MSS. *ipsorum operum*. (Deest vox *operum* in MS. meo altero.)

^b Verbum *censeo* abest a MSS. (Itidem a meis.)

mentum non solum sit, sed etiam non sit pejus, quam in homine sancto et justo. Et si enim quantum in illo homine est, non ipsum servavit, sed animo et voluntate violavit; tamen quantum ad ipsum attinet sacramentum, et cum contemptore et repudiatore suo integrum inviolatumque permansit. Nonne Sodomitæ ethnici erant, id est, gentiles? Pejores ergo erant Judæi, quibus Dominus dicit, Tolerabilius erit Matth. xi. Sodomis in die iudicii quam vobis. Et quibus Pro-²⁴pheta dicit, Justificastis Sodomam, id est, in compa-Ezech. xvi. ratione vestra Sodoma justa facta est. Numquid⁵¹ tamen ideo sacramenta divina quæ apud Judæos erant, talia erant quales ipsi erant; quæ Dominus Luc. xvii. ipse quoque suscepit, et ad ea celebranda leprosos¹⁴ quos mundaverat misit, et ea Zachariæ ministranti Luc. i. 11. angelus adstitit, eumque in templo sacrificantem ex-¹³auditum esse nuntiavit? Hæc eadem sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant, et in malis pejoribus quam sint ethnici; quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt: et tamen illa sacramenta erant in utrisque integra atque divina.

Nam et ipsi gentiles si quid divinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbaverunt sancti nostri, quamvis illi ¹per suas superstitiones et idololatriam et superbiam, ceterosque perditos mores detestandi essent, et nisi corrigerentur, divino iudicio puniendi. Nam et Paulus apostolus apud Athe-Act. xvii. nienses cum de Deo quædam diceret, perhibuit testi-²⁸monium quod quidam eorum tale aliquid dixerint: quod utique si ad Christum venirent, agnosceretur in eis, non improbaretur. Et sanctus Cyprianus talibus adversus eosdem ethnicos utitur testibus.

¹ [*Per valet propter.*]

De Idolorum Vanitate cap. 4.

Nam cum de Magis loqueretur, *Quorum tamen, inquit, præcipuus Hostanes, et formam veri Dei negat conspici posse, et angelos¹ veros sedi ejus dicit assistere. In quo et Plato pari ratione consentit, et unum Deum servans, ceteros angelos vel dæmonas dicit. Hermes quoque Trismegistus unum Deum loquitur, et eum incomprehensibilem atque inæstimabilem confitetur.* Si ergo isti venissent ad percipiendam Christianam salutem, non utique eis diceretur, Hoc malum habetis, vel falsum habetis: sed plane merito diceretur, Hoc vobis quamvis integrum et verum, nihil tamen prodesset, nisi ad Christi gratiam veniretis. Si ergo in ipsis ethnicis potest aliquid divinum inveniri recteque approbari, quamvis eis salus adhuc a Christo præstanda sit; non oportet nos ita moveri, etiamsi pejores sunt hæretici, ut quod in eis malum ipsorum est velimus corrigere, et quod in eis bonum est Christi nolimus agnoscere. Sed jam ceteras hujus concilii sententias pertractandas, ab alio suscipiemus exordio.

CAP. I.
lib. vii.

NON simus molesti legentibus, si eadem varie ac sæpe disserimus. Quamquam enim Ecclesia catholica sancta in omnibus gentibus adversus ea, quæ in ista quæstione de baptismo, (utrum et apud hæreticos et schismaticos idem possit esse qui est in Catholica,) nonnullam caliginem offundunt, priscae consuetudinis et plenarii concilii auctoritate munita sit: tamen quia non contemnendis viris, et maxime Cypriano in ipsa unitate aliquando aliter visum est, cujus uti adversum nos auctoritate conantur, qui longe ab ejus caritate remoti sunt; propterea cogimur ex opportunitate tractandi et considerandi omnia, quæ in ejus

¹ [An servos?]

concilio de hac re litterisque comperimus, hanc eandem quæstionem aliquanto diutius tamquam in manibus versare, et ostendere quam verius universitati Ecclesiæ catholicæ placuerit, ut hæretici vel schismatici qui jam Christi baptismum illic unde veniunt acceperunt, in catholicam communionem cum illo admittantur, ab errore suo correcti, in caritate radicati atque fundati; ut quod attinet ad baptismi sacramentum, non adsit quod deerat, sed prosit quod inerat. Et beatus Cyprianus quidem jam corpore quod corrumpitur non aggravante animam, nec deprimente terrena inhabitatione sensum multa cogitantem, serenius perspicit veritatem, quam meruit Sap. ix. 15. adipisci per caritatem. ¹Adjuvet itaque nos oratio-

¹ [Angelis quidem cognitæ res esse, quæ in terris a nobis aguntur; tum affici eos gaudio propter resipiscentes; et coram electis angelis adjuratum esse ab apostolo Timotheum; immo propter salutis hæredes mitti angelos, ut ad Virginem Mariam et apostolum Petrum; atque in fine mundi ministros justitiæ Divinæ angelos futuros, Sacra Scriptura ostendit. Cultum vero eorum, τὴν θρησκείαν, eadem Scriptura damnat prohibetque, et soli Deo vindicat. Coloss. II. 18. et Theodoret. in loc.

Sanctos porro, qui hac vita defuncti sunt, apud Deum adhuc vivere, et Martyres futurum Dei judicium implorare, Sacra Scriptura docet. Unde recte credendum est, eosdem Sanctos non tantum pro seipsis, sed etiam pro Dei populo orare atque amicis suis. Attamen vel scire eos, quæ contingant nobis in terris, vel nostras audire preces, nusquam Canonici Libri declarant; nedum jubent nos petere ab illis, ut pro nobis Deum orent. Sin hoc præstandum censent aliqui, quod non jussum est, id tamen nos omnes anxio animo recordari oportet, Sacram Scripturam, quæ damnet τὴν θρησκείαν τῶν ἀγγέλων, religionem angelorum, prout versio Vulgata interpretata est, vel culturam eorum, ut Augustinus, hominum ideo cultum religiosum vetare angelis minorum.

Interea haud obliviscendum est, invaluisse etiam in primis ecclesiæ sæculis opinionem, quam firmare studet ex Maccabæorum libro secundo Origenes *Commentario in S. Joan.* et *alibi*, cum sciretum curare Sanctos, qui hic vivere desierint, res humanas, iisque solitos interesse. Quæ quidem opinio occasionem dedit fidelibus sperandi se posse adjuvari in angustiis atque in conatibus suis precibus martyrum, aliorumque virorum, ob merita Deo dilecto-

nibus suis in istius carnis mortalitate, tamquam in caliginosa nube laborantes, ut donante Domino, quantum possumus, bona ejus imitemur. Si quid autem aliter sensit, et quibusdam fratribus collegisque persuasit, quod nunc eo quem dilexit revelante jam cernit, nos longe impares meritis suis, Ecclesiæ tamen catholicæ auctoritatem, cujus ipse egregium et ^c clarissimum membrum est, pro nostra infirmitate sectantes, adversus hæreticos vel schismaticos enodemus: quos præcisos ab unitate quam tenuit, et

^c Aliquot MSS. *carissimum*. (Itidem codex alter meus.)

rum; increbescens porro antiquitas narrationibus, quæ ostenderent, ipsos interdum Sanctos operantes, non orantes tantum, beneficia hominibus Divino auxilio conferre.

Et, ne dicam nonnullos Scriptores affari interdum ipsos Cœlites, constat palam ac publice postulatum esse ab Imp. Theodosio M. S. Joannis Baptistæ auxilium. Verum in Ante-Nicænorum libris nusquam fit mentio aut formularum in publico cultu adhibitaram, seu scriptarum seu non scriptarum, aut ullorum Hymnorum, in quibus Sancti ad intercedendum cum Deo invocantur. In Martyrum et aliorum Epitaphiis istiusmodi petitiones vel rarissimæ sunt.

De his autem rebus habes S. Augustinum, qui hic optat adjuvari Cypriani precibus, simillime ac precibus adjuvari Bradfordi post mortem ejus sperat Ridleius, alibi ita disserentem; Se nimirum decernere non ausum esse, quemadmodum Sancti opitulentur hominibus, utrum per se ipsos adsint, *an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conversatione remotis, et tamen generaliter orantibus pro indigentibus supplicantium, (sicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non præsentamur, nec ubi sint vel quid agant scimus) Deus omnipotens qui est ubique præsens, nec concretus nobis, nec remotus a nobis, exaudiens martyrum preces per Angelica ministeria usquequaque diffusa præbeat hominibus ista solatia, quibus in hujus vitæ miseriis judicat esse præbenda; et suorum merita martyrum ubi vult, quando vult, quomodo vult, maximeque per eorum memorias, (quæ sunt ædes et ædiculæ Deo sacræ, in memoriam martyrum erectæ, in quibus sitæ sunt reliquiæ eorum) quoniam hoc novit expedire nobis ad edificandam fidem Christi, pro cujus illi confessione sunt passi, mirabili atque ineffabili potestate ac bonitate commendet. De Cura Pro Mortuis Gerenda, cap. 28. seu 16. p. 528. tom. V. edit. Benedictinæ. Assumitur hic ab Augustino miraculorum quorundam ante a se narratorum veritas.]*

arescentes a caritate qua viguit, et elapsos ab humilitate qua stetit, tanto amplius improbat atque condemnat, quanto magis novit eos ad insidiandum persequerari velle quod scripsit, et ad pacificandum imitari nolle quod fecit. Sicut illi qui se Christianos Nazarenos vocant, et more Judaico carnalia præputia circumcidunt, nati hæretici ex illo errore in quem Petrus devians a Paulo revocatus est, ^{Gal. ii. 11.} in hoc adhuc usque persistent: sicut ergo illi, Petro in primatu Apostolorum martyrii gloria coronato, in sua perversitate præcisi ab Ecclesia remanserunt: sic isti, Cypriano per abundantiam caritatis in sortem sanctorum passionis claritate suscepto, se ipsos exsules unitatis agnoscunt, et contra unitatis patriam pro suis calumniis civem unitatis opponunt. Jam itaque ceteras illius concilii sententias eadem ratione videamus.

Marcus a Mactari dixit: *Mirandum non est, si* ^{CAP. 2.} *hæretici hostes atque impugnatores veritatis sibi rem vindicant potestatis et dignationis aliene: illud mirandum est, quod quidam nostri prævaricatores veritatis hæreticis suffragantur, et Christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.*

Huic respondemus: Immo magis mirandum est, et magna laude prædicandum, quod tantum isti dilexerint unitatem, ut quos prævaricatores veritatis arbitrabantur, cum eis in unitate perseverantes, ab eis pollui non timerent. Nam cum iste dixisset, *Illud mirandum est, quod quidam nostri prævaricatores veritatis hæreticis suffragantur, et Christianis adversantur*; videbatur esse dicturus, Propterea decernimus eis non esse communicandum. Non hoc

¹ [Addidi voces *in hoc* ex codice utroque meo.]

dixit; sed ait, *Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse*: servans quod pacificus Cyprianus ante præstruxerat, dicens, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes*. Cum ergo Donatistæ nobis calumniantur, et nos dicunt traditores, si quis existat vel Judæus vel Paganus, qui lecto isto concilio et nos et ipsos, secundum eorum regulas, veritatis appellet prævaricatores, velim scire ad hoc tam grave crimen refutandum atque diluendum quomodo nobis agenda sit causa communis. Isti eos dicunt traditores, quos neque ullo tempore convincere potuerunt, neque nunc possunt ostendere, et in eodem crimine ipsi esse potius ostenduntur. Sed quid ad nos? De istis certe prævaricatoribus quid dicemus? Si enim nos, quamvis falso, propterea dicimur traditores, quia traditoribus nos in eadem communiōne successisse criminantur; prævaricatoribus illis omnes successimus, quia nondum se ab unitate diviserat pars Donati beati Cypriani temporibus. Post passionem quippe ejus quadraginta, et quod excurrit, annis peractis, traditio codicum facta est, unde cœperunt appellari traditores. Si ergo propterea nos traditores, quia ex traditoribus, sicut opinantur vel confingunt, exorti sumus; ab illis prævaricatoribus utrique originem ducimus. Non est enim quod dicatur, non eis communicasse istos; quando suos illos vocant; ¹quod concilium loquitur, quod ipsi maxime ^dpreferunt: *Quidam nostri, inquit, prævaricatores veritatis, hæreticis suffragantur*. Accedit et testimonium Cypriani, satis demonstrantis quod in eorum commu-

^d Sic MSS. At editi, *preferunt*.

¹ [An quomodo?]

nione permanserit, dicendo, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes*. Ipsi enim erant qui diversum sentiebant, quos iste prævaricatores vocat, quia scilicet hæreticis suffragabantur, sine baptismo eos in Ecclesiam recipiendo. Eam quoque fuisse consuetudinem ut sic reciperentur, et ipse Cyprianus multis locis, et aliquot episcopi in hoc concilio manifestant. Unde apparet, si hæretici non habent baptismum, Ecclesiam Christi temporum illorum prævaricatoribus fuisse plenam, qui eis suffragantes sic eos recipiebant. Agatur ergo caussa communis adversus crimen prævaricationis quod negare non possunt, et ibi agatur nostra adversus crimen traditionis quod convincere non potuerunt. Sed sic agamus, quasi convicerint: quod utrique responderimus eis qui nobis objiciunt majorum nostrorum prævaricationem, hoc nos istis respondebimus qui nobis objiciunt majorum nostrorum traditionem. Sicut enim per majorum nostrorum traditionem, unde se isti diviserunt, nos mortui sumus: ita per majorum prævaricationem, qui et nostri et ipsorum parentes fuerunt, et nos et ipsi mortui sumus. Sed quia se vivere dicunt, credunt quod ad eos non pertineat illa prævaricatio: ergo nec ad nos illa traditio. Et illa quidem prævaricatio secundum ipsos certa est: secundum nos autem nec anterior prævaricatio vera est; quia et hæreticos dicimus posse habere baptismum Christi; nec posterior traditio, quia in ea caussa sunt ipsi superati. Non habent ergo isti cur a nobis nefario scelere schismatis separentur: quia nostri majores si traditores non fuerunt, sicut nos dicimus, non est quod ad

^e Corbeiensis codex, *non poterunt*.

nos omnino pertineat; si autem traditores fuerunt, sicut ipsi dicunt, sic ad nos non pertinet, quemadmodum nec ad nos nec ad ipsos illi prævaricatores. Ac per hoc quoniam ex majorum nostrorum iniquitate nullum est crimen nostrum, ex proprio schismate certum est crimen illorum.

CAP. 3.

Satius a Sicilibba dixit: *Si hæreticis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicii peccata sint quæ puniuntur, nihil est quod timere possint hæretici de iudicio Christi, si sunt peccatorum remissionem consecuti.*

Et hæc poterat etiam nostra esse sententia: viderit autem auctor ejus quo animo dicta sit. Verbis tamen ita modificata est, ut non me pigeat eo animo consentire atque subscribere, quo et ego sentio baptismum quidem Christi hæreticos posse habere, sed remissionem peccatorum non habere. Non autem ait, Si hæretici baptizant aut baptizantur: sed, *Si hæreticis, inquit, in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt.* Nam si pro hæreticis ponamus illos quos in Ecclesia noverat Cyprianus, sæculo verbis solis, et non factis renuntiantes; totidem verbis possumus hanc sententiam etiam nos verissime dicere; Si fallaciter conversis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad veram conversionem postea perducuntur. Nam cum in die iudicii peccata sint quæ puniuntur, nihil est quod timere possint, qui sæculo verbis solis et non factis renuntiarunt, de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti. Sed ista ratiocinatio tali connexionem perficitur, ut adjungamus dicentes, Debent autem timere Christi iudicium, et veraci corde ali-

quando converti: quod cum fecerint, non eos utique necesse est iterum baptizari. Potuerunt igitur accipere baptismum, et remissionem non accipere peccatorum, aut remissis peccatis continuo rursus onerari. Sic ergo et hæretici.

Victor a Gor dixit: *Cum peccata nonnisi in Eccle-* CAP. 4.
sia baptismo remittantur, qui hæreticum sine baptismo ad ^fcommunicationem admittit, utrumque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, et Christianos inquinat.

Huic respondemus, Ecclesiæ baptismum esse et apud hæreticos, quamvis ipsi non sint in Ecclesia: sicut aquam paradisi in terra Ægypti, quamvis ipsa non sit in paradiso. Non itaque hæreticos sine baptismo ad communionem admittimus; et quia correcti a sua perversitate veniunt, non eorum peccata, sed Christi sacramenta suscipimus: de remissione autem peccatorum quod superius, hoc et hic dicimus. Illud sane quod in ultimo posuit dicens, *utrumque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, et Christianos inquinat*; respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cum sibi consentientibus collegis suis: neque enim inquinari se credidit, quando talibus propter vinculum pacis communicandum esse decrevit dicens, *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes*. Aut si inquinant hæretici ad communionem, ^gsi non baptizantur, admissi; inquinata est tota Ecclesia per illam consuetudinem, quæ toties hic commemoratur. Et sicut nos isti appellant traditores propter

^f Quidam veteres codices, *ad communionem*. (Ita quidem codex alter meus, sed aliter Cyprianus.)

^g Er. et MSS, *sicut non baptizantur*. (Ita et prior codex meus, haud bene.)

majores nostros, in quibus nihil tale quando objecerunt, probare potuerunt; si hoc fit quisque quod est ille cui communicaverit, omnes tunc hæretici facti sunt. Quod si quisquis dicit, insanit. Falsum est quod iste ait, *Qui hæreticum sine baptismo ad communionem admittit, nec hæreticos purgat, et Christianos inquinat.* Aut si hoc verum est, non sine baptismo admittebantur, sed habebant baptismum Christi, quamvis apud hæreticos datum et acceptum, qui secundum illam consuetudinem, de qua isti confitentur, sic admittebantur: ac per hoc recte etiam nunc sic admittuntur.

CAP. 5.
1 Tim. v.
22.

Aurelius ab Utica dixit: *Cum dicat Apostolus, non communicandum peccatis alienis; quid aliud quam peccatis alienis communicat, qui sine baptismo Ecclesie hæreticis communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissam peccatorum, et sic illis communicetur.*

Respondetur; Communicavit ergo Cyprianus et isti omnes peccatis alienis, quia cum talibus in communionem manserunt, quando neminem qui diversum sensit a jure communionis amoverunt. Ubi est ergo Ecclesia? Deinde uti de hæreticis taceam, cum verba hujus sententiæ etiam de aliis peccatoribus dici possint, quales in Ecclesia secum Cyprianus videbat, gemebat, arguebat, ^hferibat; ubi est Ecclesia, quæ secundum hæc verba jam tunc periisse existimatur contagione peccatorum? Si autem, sicut se habet firmissima veritas, Ecclesia permansit et permanet; non nisi in consensione intelligenda est communio peccatorum, quam vetat Apostolus. Baptizentur autem iterum hæretici, ut accipiant remissam pecca-

^h Vaticani MSS. *feriebat.*

torum, si baptizantur iterum perversi et invidi, qui cum sæculo verbis et non factis renuntiarent, baptismum quidem accipere potuerunt, sed remissionem peccatorum non obtinuerunt, dicente Domino, Si ^{Matth. vi.} non dimiseritis, neque Pater vester dimittet vobis. ^{15.}

Jambus a Germanicana dixit: *Qui hæreticorum* ^{CAP. 6.} *baptismum probant, nostrum improbant; ut extra Ecclesiam, non dicam lotos, sed sordidatos, negent in Ecclesia baptizari oportere.*

Huic respondetur, neminem nostrum baptismum hæreticorum probare, sed Christi, quamvis in hæreticis velut paleis exterioribus, sicut in aliis iniquis velut paleis interioribus. Nam si extra Ecclesiam qui baptizantur, non lavantur, sed sordidantur; profecto extra petram, in qua ædificatur Ecclesia, qui baptizantur, non lavantur, sed sordidantur. Omnes autem extra eandem petram sunt, qui audiunt verba Christi et non faciunt. Aut si baptismo lavantur quidem, sed in iniquitatibus suis, a quibus in melius mutari noluerunt, sordidi remanent: sic et hæretici.

Lucianus a Rucuma dixit: *Scriptum est, Et vidit* ^{CAP. 7.} *Deus lucem quia bona est, et divisit inter lucem et* ^{Gen. i. 4.} *tenebras. Si potest luci et tenebris convenire, potest nobis et hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.*

Huic respondetur: Si potest luci et tenebris convenire, potest justis et injustis aliquid esse commune. Censeat ergo illos injustos denuo baptizari, quos in ipsa Ecclesia Cyprianus arguebat: aut si non sunt injusti qui sæculo verbis et non factis renuntiant, ¹ dicat qui potest.

² [Subaudiendum videtur, quinam sint.]

CAP. 8. Pelagianus a Luperciana dixit: *Scriptum est, Aut*
 3 Reg. xviii. *Dominus Deus est, aut Baal Deus est. Ita et nunc*
 21. *aut Ecclesia Ecclesia est, aut hæresis Ecclesia est.*
Porro si hæresis Ecclesia non est, quomodo esse apud
hæreticos baptisma Ecclesiæ potest?

Huic ita possumus respondere: Aut paradus paradus, aut Ægyptus paradus: porro si Ægyptus paradus non est, quomodo esse in Ægypto aqua paradisi potest? Sed dicetur nobis, Etiam illuc ex-eundo pervenit. Sic ergo ad hæreticos baptismus. Item dicimus: Aut petra Ecclesia est, aut arena Ecclesia. Porro quia non est arena Ecclesia, quomodo apud eos qui super arenam ædificant, audiendo verba Christi et non faciendo, esse baptismus potest? et tamen est. Sic ergo et apud hæreticos.

CAP. 9. Jader a Midila dixit: *Scimus non esse nisi unum*
baptismum in Ecclesia catholica: et ideo non debemus
admittere hæreticum, nisi baptizatus fuerit apud nos,
ne se putet extra Ecclesiam catholicam baptizatum
esse.

Huic respondetur, quia si hoc de iniquis illis qui extra petram sunt diceretur, falso utique diceretur. Sic ergo et de hæreticis.

CAP. 10. Item alius Felix a Marazana dixit: *Una fides,*
 Ephes. iv. 5. *unum baptisma; sed Ecclesiæ catholicæ, cui soli licet*
baptizare.

Quid si alius ita diceret: Una fides, unum bap-tisma; sed justorum tantum, quibus solis licet bap-tizare? Sicut hæc verba refellerentur, ita et ista sententia refellatur. An et injusti nec in ipso bap-

ⁱ Hic particulam *nec*, quæ in editis deerat, restituimus ex MSS. (In meis quoque extat.)

tismo mutati, dum sæculo verbis solis et non factis renuntiant, ad membra Ecclesiæ pertinent? Videant si ipsa est illa petra, si ipsa est columba, si ipsa est sponsa sine macula et ruga.

Paulus a Bobba dixit: *Me non movet si aliquis* CAP. 11. *Ecclesiæ fidem et veritatem non vindicat, quando Apostolus dicat, Quid enim, quia exciderunt a fide quidam* Rom. iii. 3. *illorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei eva-⁴cuavit? Absit: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Si autem Deus verax est, quomodo apud hæreticos baptismi veritas esse potest, apud quos Deus non est?*

Huic respondetur: Quid? apud avaros numquid est Deus? Et tamen est baptismus: ita et apud hæreticos. Apud quos enim Deus est, templum Dei sunt. Quæ autem compositio templo Dei cum ido-² Cor. vi. ^{16.} *lis? Porro avaritiam, idololatriam Paulus sentit, Cyprianus consentit, et idem ipse inter collegas raptos, tamen baptizatores, cum^k magna tolerantia mercede versatur.*

Pomponius a Dionysiana dixit: *Manifestum est* CAP. 12. *hæreticos non posse baptizare, et remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, ut aut solvere aut ligare aliquid in terris possint.*

Respondetur: Hanc potestatem nec homicidæ habent, id est, qui oderunt fratres. Non enim talibus dictum est; Si cui dimiseritis peccata, dimittentur^{Johan. xx.} ei; si cui tenueritis, tenebuntur.^{23.} Et tamen baptizant, et eos in eadem baptismi communionem et Paulus tolerat, et Cyprianus agnoscit.

Venantius a Tinisa dixit: *Si maritus peregre pro-* CAP. 13. *ficiscens, amico suo commendasset uxorem suam custo-*

^k Corbeiensis cod. et alii plures MSS. magna.

diendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo castitas ejus et sanctitas adulteraretur: Christus Dominus et Deus noster ad Patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendavit; utrumne eam incorruptam et inviolatam custodimus, an integritatem ejus et castitatem mœchis et corruptoribus prodimus? Qui enim baptismum Ecclesiæ commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit.

Respondemus: Quid illi qui cum baptizantur, labiis, non corde convertuntur ad Dominum, nonne adulterinam mentem gerunt? Nonne ipsi sunt sæculi dilectores, cui non factis sed verbis renuntiaverunt, et ideo corrumpunt mores bonos per colloquia mala, dicentes, Manducemus et bibamus, cras enim moriemur? Nonne etiam contra istos vigilavit sermo Apostolicus, ubi dicit, *Timeo autem ne sicut serpens Eram seduxit astutia sua, sic et vestræ mentes corrumpantur a castitate quæ est in Christo?* Cum ergo Christi baptismum Cyprianus habebat commune cum talibus, numquid ideo sponsam Christi prodebat adulteris, ac non potius monile sponsi etiam in adultera cognoscebat?

Aymnius ab Ausuaga dixit: *Nos unum baptismum accepimus, et ipsum ¹exercemus: qui autem dicit, quia et hæreticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit.*

Huic respondetur: Cur non etiam ille duos baptismos facit, qui dicit quia et iniqui baptizant? Cum enim justi et iniqui sibi contrarii sint; baptismum quem dant justi, qualis erat Paulus, vel etiam qualis

¹ Hic Er. et Lov. addunt, *tenemus et.* (Voces, *tenemus et*, quas apud Cyprianum delevit Baluzius, neque in codicibus, quibus usus sum, vel Cypriani, vel Augustini, apparent.)

1 Cor. xv. 32, 33.

2 Cor. xi. 3.

CAP. 14.

erat Cyprianus, non est contrarius baptismo quem dabant iniqui illi qui oderant Paulum, quos non hæreticos, sed malos catholicos Cyprianus intelligit: et cum contrariæ sibi sint continentia quæ fuit in Cypriano, et avaritia quæ fuit in collegis Cypriani; baptismus tamen quem Cyprianus dabat, non erat contrarius baptismo quem illi dabant, sed unus et idem: quia ille baptizat de quo dictum est, Ipse est qui baptizat. Johan. i. 33.

Saturninus a Victoriana dixit: *Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt et defensi ¹illicita facientes: nec video quare eos aut Christus adversarios suos, aut Apostolus antichristos appellaverit.* CAP. 15.

Huic respondetur: Sic dicimus non licere hæreticis baptizare, quomodo dicimus non licere fraudatoribus baptizare. Non enim hæretico tantum, sed peccatori inquit Deus, Ut quid enarras justificationes meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Psal. xlix. 16. 18. Huic utique dixit, Si videbas furem, concurrebas ei. Quanto ergo illi pejores, qui non cum furibus concurrebant, sed ipsi fundos insidiosis fraudibus rapiebant? sed non eis concurrebat Cyprianus, quamvis eos in catholica segete toleraret, ne simul eradicaretur et triticum. Et ²tamen etiam ipsi quem dabant, idem ipse baptismus erat; quia non ipsorum, sed Christi erat. Sicut ergo isti, quamvis in eis Christi baptismus agnoscatur, non sunt tamen excusati et defensi illicita facientes, et recte illos Christus adversarios suos appellat, quia in talibus perseverantes audituri sunt, Recedite a me, qui operamini iniquitatem; unde et antichristi appellantur, quia Matth. vii. 23. Christo contrarii sunt, dum contra quod præcipit vivunt: ita et hæretici.

¹ [Episcopo apud Cyprianum vult *licita* reponere Marshallus Anglicus ejus interpres.]

² [Abest ab utroque MS. meo.]

CAP. 16.

Alius Saturninus a Tucca dixit: *Gentiles quamvis idola colant, tamen summum Deum Patrem creatorem cognoscunt et confitentur. In hunc Marcion blasphemant, et quidam^m non erubescunt Marcionis baptismum probare. Quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant, aut vindicant, qui hostes Dei non baptizant, et sic illis communicant?*

Respondetur: Nimirum cum talia dicuntur, exceditur modus, nec consideratur quia et ipsi talibus communicabant, *neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes.* Sed habet iste in hac ipsa sententia sua unde admoneri posset, si adverteret, id in quoque corrigendum esse quod pravum est, quod autem rectum est approbandum. Quandoquidem ait, *Gentiles quamvis idola colant, tamen summum Deum Patrem creatorem cognoscunt et confitentur.* Si quis ergo ad Deum talis gentilis veniret, numquid vellet in eo corrigere atque mutare, quod Deum Patrem creatorem confitebatur et noverat? ⁿNon puto, sed emendaret in eo idololatricam, quod malum habebat; et traderet sacramenta Christiana, quæ non habebat: et si quid rectum nosset in eo, approbaret; si quid inveniret perversum, emendaret; si quid defuisset, daret. Sic et in Marcionista hæretico agnosceret baptismi integritatem, corrigeret ejus perversitatem, doceret catholicam veritatem.

CAP. 17.

Marcellus a Zama dixit: *Cum peccata non nisi in*

^m Loquitur de Stephano Pontifice, de quo in Cypriani epistola 74. ad Pompeium: *Cur in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptismo et ceterorum blasphemantium in Deum Patrem contendat filios Deo nasci?*

ⁿ Abest, *Non puto*, a MSS. (Itidem a meis.)

baptismo Ecclesiae remittantur; qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

Quid ille qui hoc facienti communicat, nonne peccatori communicat? Quid autem aliud faciebant omnes judicantes neminem, aut a jure communionis amoventes diversa sentientem? Ubi est ergo Ecclesia? An patientibus, et ne triticum eradicetur, zizania tolerantibus ista non obsunt? °Dicant ergo isti, ^{Matth. xiii. 29.} qui se ab orbe terrarum frustra separando sacrilegium schismatis admiserunt, ut quid habent in ore sententiam Cypriani, qui non habent in corde Cypriani patientiam? Huic autem Marcello respondetur ex his quæ de baptismo et remissione peccatorum supra dicta sunt, quomodo possit esse baptismus in homine, quamvis non sit in eo remissio peccatorum.

Irenæus ab Ululis dixit: *Si ideo Ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, hæresis major est.* CAP. 18.

Respondetur: Hoc modo dici potest, si ideo avarum Ecclesia non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, avaritia major est. Hoc autem falsum est: ita ergo et illud.

Donatus a Cibaliana dixit: *Ego unam Ecclesiam et unum baptismum ejus novi. Si est qui dicat esse apud hæreticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat et probet esse illic Ecclesiam.* CAP. 19.

Huic respondetur: Si baptismi gratiam hoc esse dicis quod est baptismus, est apud hæreticos: si autem baptismus sacramentum est gratiæ, ipsa vero gratia abolitio peccatorum est, non est apud hæreti-

° Plures MSS. *Discant.* (Hoc habet codex alter meus.)

cos baptismi gratia. Sic est autem unum baptisma et una Ecclesia, quemadmodum est una spes. Sicut ergo boni et mali, non habentes unam spem, possunt tamen habere unum baptisma: ita quibus non est communis Ecclesia, potest baptisma esse commune.

CAP. 20.

Gal. ii. 11.

Zozimus a Tharassa dixit: *Revelatione facta veritatis, cedat error veritati: quia et Petrus qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.*

Respondetur: Potest etiam nostra esse sententia ista, et ita factum est in hac de baptismo quæstione. Nam veritate postea liquidius revelata cessit error veritati, cum illa saluberrima consuetudo etiam plenarii concilii auctoritate firmata est. Bene tamen, quod toties meminerunt etiam primum Apostolorum Petrum potuisse aliter sapere quam veritas postulabat; quod accidisse etiam Cypriano sine ulla ejus contumelia credimus, quicumque diligimus Cyprianum: quia non eum fas est diligi majori caritate quam Petrum.

CAP. 21.

Johan. iii.

27.

Julianus a Telepte dixit: *Scriptum est, Nemo potest accipere aliquid, nisi datum illi fuerit de cælo. Si hæresis de cælo est, potest baptisma dare.*

Audiat et alium dicentem: Si avaritia de cælo est, potest baptisma dare. Et tamen dant avari: sic ergo et hæretici.

CAP. 22.

Faustus a Timida regia dixit: *Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismo intercedit, illos Christianos et nos hæreticos facit.*

Huic respondetur: Si quisquam dicat, eum qui cum baptismum acciperet, quia odium fraternum tenebat in corde, non acceperat remissionem peccatorum, non esse iterum baptizandum, quando illud

odium de corde dimittit; numquid ecclesiastico baptismo intercedit pro homicidis, aut illos justos et nos homicidas facit? Hoc ergo et de hæreticis intelligat.

Geminus a Furnis dixit: *Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt: et ideo quod semel decrevimus, tenemus; ut ab hæreticis venientes baptizemus.* CAP. 23.

Et hic confitetur apertissime quosdam de collegis suis diversa sensisse: unde etiam atque etiam confirmatur amor unitatis, quod ab invicem nullo schismate separati sunt, donec alteris eorum si quid aliter saperent Deus revelaret. Sed huic respondetur, collegas ejus non sibi hæreticos præposuisse; sed baptismum Christi, sicut agnoscitur in avaris, fraudatoribus, raptoribus, homicidis, sic etiam in hæreticis cognovisse.

Rogatianus a Nova dixit: *Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus: quomodo potest habere baptismum Christi synagoga satanæ?* CAP. 24.

Huic respondetur: Numquid quia pios Christus instituit, et invidos diabolus, ideo non potest habere baptismum Christi, quæ in invidis convincitur esse pars diaboli?

Therapius a Bulla dixit: *Qui hæreticis baptismum Ecclesiæ concedit, et prodit, quid aliud quam sponsæ Christi Judas existit?* CAP. 25.

O magna convictio schismaticorum, qui se ab hereditate Christi toto orbe diffusa nefario sacrilegio separarunt, si Cyprianus talibus communicabat qualis Judas traditor fuit, et tamen ab eis non maculabatur: aut si maculabatur, tunc Judæ facti sunt omnes; ergo et modo Judæ sunt omnes: aut si non

sunt, non ergo pertinent ad ^pposteriores facinora priorum, quamvis ex eadem communione propagatos. Cur ergo nobis traditores objiciunt, quos non convicerunt, et sibi Judam non objiciunt, cui Cyprianus et collegæ ejus communicaverunt? Ecce concilium de quo solent isti gloriari. Nos quidem dicimus, quia sic non prodit hæreticis Ecclesiæ baptismum, qui baptismum Christi et in hæreticis probat; sicut non prodit homicidis Ecclesiæ baptismum, qui baptismum Christi et in homicidis probat. Sed quia isti ex hoc concilio nobis præscribere quid sentire debeamus, affectant, ipsi priores ei consentiant. Ecce Judæ traditori sunt comparati, qui dicebant hæreticos quamvis in hæresi baptizatos non debere iterum baptizari. Talibus autem Cyprianus communicabat, qui dixit, *neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit amoventes*. Tales etiam antea fuisse in Ecclesia per illam sententiam manifestantur, ubi ait, *Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritum in Ecclesiam sine baptismo admissi sunt?* Talem fuisse Ecclesiæ consuetudinem ipsi, qui hoc concilium faciunt, sæpe commemorant. Si ergo *nihil aliud quicumque hoc facit, quam sponsæ Christi Judas existit*, sicut ista sententia pronuntiata est; Judas autem, sicut docet Evangelium, traditor fuit; traditoribus ergo communicaverunt omnes, qui tunc etiam ista dicebant, et antequam ista dicerent, traditores facti erant omnes per illam consuetudinem, quam tunc Ecclesia retinebat: omnes ergo, id est, et nos et ipsi qui ex illa unitate propagati sumus, traditores sumus. Sed nos

Epist. 73.
ad Jubaian.

^p Am. et MSS. *ad posteros*. (Et codex alter meus.)

duobus modis defendimur: quia et huic concilio, ubi hoc pronuntiatum est, non consentimus, salvo jure unitatis, sicut ipse Cyprianus prædixit; et bonis malos in unitate catholica, donec in fine a tritico palea separetur, nihil obesse arbitramur. Isti autem, quia et hoc concilium tamquam pro se proferunt, et malorum communione quasi contagione bonos perire contendunt, non inveniunt quomodo dicant, aut priores Christianos unde isti propagantur, non fuisse traditores, quia isto concilio convincuntur; aut ad se non pertinere facinora priorum, quia nobis majores nostros objiciunt.

Item alius Lucius a Membresa dixit: *Scriptum est, Deus peccatorem non audit. Qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest?* CAP. 26. Johan. ix. 31.

Respondemus: Quomodo auditur avarus et raptor et fœnerator et homicida? An isti non sunt peccatores; quos tamen Cyprianus in Catholica objurgat, et tolerat?

Item alius Felix a Buslacenis dixit: *In hæreticis sine baptismo Ecclesiæ admittendis nemo consuetudinem rationi et veritati præponat; quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit.* CAP. 27.

Huic respondetur: Veritatem non ostendis, de consuetudine confiteris. Recte igitur consuetudinem teneremus plenario concilio posteriore firmatam, etiam si veritas adhuc lateret, quam credimus jam esse manifestatam.

Alius Saturninus ab Abitinis dixit: *Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt et hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.* CAP. 28.

Quid si alius diceret: Si potest homicida dare alicui gratiam Christi, possunt et qui fratres oderunt

baptizare, qui appellati sunt homicidæ? Nempe, quasi verum dicere videretur, et tamen possunt: sic ergo et hæretici.

CAP. 29. Quintus ab Aggya dixit: *Ille potest dare aliquid, qui aliquid habet: hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?*

Huic respondetur: Si ergo potest dare aliquid qui aliquid habet, manifestum est posse dare hæreticos baptismum, quia cum ab Ecclesia recedunt, habent lavacri sacramentum quod ibi acceperant: nam redeuntes non recipiunt, quia non amiserant cum recesserunt.

CAP. 30. Alius Julianus a Marcelliana dixit: *Si potest homo duobus dominis servire, Deo et mammonæ; potest et baptisma duobus servire, Christiano et hæretico.*

Immo si potest continenti et avaro, sobrio et ebrioso, pio et homicidæ, cur non etiam Christiano et hæretico? Quibus quidem non servit; sed ministratur illis, vel ab illis, ad salutem bene utentibus, et ad iudicium male utentibus.

CAP. 31. Tenax ab Horreis Celiæ dixit: *Baptisma unum est, sed Ecclesiæ: ubi Ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.*

Huic respondemus: Quare ergo potest ubi petra non est, sed arena est; cum Ecclesia in petra, non in arena sit?

CAP. 32. Alius Victor ab Assuris dixit: *Scriptum est, quia Deus unus est, et Christus unus, Ecclesia una, et baptisma unum. Quomodo illic baptizari aliquis potest, ubi Deus et Christus et Ecclesia non est?*

¶ Apud Cyprianum, *Ecclesia una non est.* (Omittere vocem

¶ [Omisi et ante illis, vel, suadente MS. utroque meo.]

Quomodo potest et in arena illa, ubi nec Ecclesia est, quia in petra est; nec Deus et Christus, quia non est ibi templum Dei et Christi?

Donatulus a Capse dixit: *Et ego semper hoc sensi*, CAP. 33. *ut hæretici, qui nihil foris consecuti sunt, quando ad Ecclesiam convertuntur, baptizentur.*

Ad hoc respondetur: Nihil quidem foris consecuti sunt, sed ad salutem, non ad sacramentum. Salus enim propria est bonis; sacramenta vero communia et bonis et malis.

Verulus a Rusiccade dixit: *Homo hæreticus dare* CAP. 34. *non potest quod non habet: multo magis schismaticus, qui quod habuit amisit.*

Jam ostendimus eos habere; quia non amittunt, cum recedunt. Non enim recipiunt, cum redeunt. Quapropter si propterea videbantur dare non posse, quia putabantur non habere; intelligantur jam dare posse, quia intelliguntur et habere.

Pudentianus a Cuiculi dixit: *Novitas episcopatus* CAP. 35. *effecit, fratres dilectissimi, ut sustinerem quid majores judicarent. Nam hæreses nihil habere, nec posse, manifestum est: atque ita si qui ex eis venerint, baptizari æquissime statutum est.*

Sicut ergo superioribus responsum est, quos hic sustinebat quid judicarent, sic et huic ipsi responsum esse intelligatur.

Petrus ab Hippone Diarrhito dixit: *Cum unum* CAP. 36. *baptisma sit in catholica Ecclesia, manifestum est, non posse extra Ecclesiam baptizari: et ideo in hæresi tinctos, sive in schismate, venientes ad Ecclesiam, censeo baptizari oportere.*

una apud Cyprianum mihi prius suaserunt Augustinus et Cypriani quibus usus sum MSSti.)

Sic est unum baptisma in Ecclesia catholica, ut cum exinde aliqui exierint, in his qui exeunt, non fiant duo, sed idem unum maneat. Quod ergo in redeuntibus agnoscitur, hoc et in eis qui a recedentibus acceperunt, quod illi cum recederent, non amiserunt.

CAP. 37.
Ephes. iv. 4. Item alius Lucius ab Ausafa dixit: *Secundum motum animi mei et Spiritus sancti, cum sit unus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, et unus Christus, et una spes, unus spiritus, una Ecclesia, unum debet esse¹ et baptisma. Et ideo dico, et si quid^r apud hæreticos motum aut factum fuerit, rescindi debere; et eos, qui exinde veniunt, in Ecclesia baptizandos esse.*

Rescindatur ergo quod baptizant, qui audiunt verba Dei, et non faciunt, cum ab iniquitate ad justitiam, hoc est, ab arena ad petram migrare cœperint. Quod si non fit, quia et in ipsis quod Christi erat, eorum iniquitatibus non violabatur; hoc etiam de hæreticis intelligatur: nam nec eadem spes illis est quamdiu in arena sunt, quæ illis qui super petram sunt; tamen idem baptisma est in utrisque, quamvis sicut spes una, ita unum baptisma dictum sit.

CAP. 38. Felix a Gurgitibus dixit: *Ego censeo, ut secundum sanctarum scripturarum præcepta² baptizati illicite ab hæreticis extra Ecclesiam, si ad Ecclesiam confugere voluerint, gratiam baptismi, ubi licite datur, consequantur.*

Respondetur: Immo licite incipiant habere ad salutem, quod illicite habebant ad perniciem: quia

^r In Cypriani editione, *ab hæreticis motum.*

¹ [Particulam *et* ante *baptisma* ex Cypriano et codice priore meo sumptam addidi.]

² [Apud Cyprianum *baptizatus*——*voluerit*——*consequatur.*]

sub eodem baptismo justificatur, cum se quisque ad Deum veraci corde converterit, sub quo iudicabatur, quando id accipiens sæculo solis verbis et non factis renuntiaverat.

Pusillus a Lamasba dixit: *Ego credo baptisma sa-* CAP. 39.
lutare non esse nisi in Ecclesia catholica. Quidquid absque Catholica fuerit, simulatio est.

Hoc quidem verum est, quod *baptisma salutare non nisi in Ecclesia catholica est.* Potest enim ipsum esse et extra Catholicam, sed salutare non est ibi; quia non ibi operatur salutem: sicut ille bonus odor Christi non est utique salutaris in iis qui per-^{2 Cor. ii. 15.}eunt, non suo vitio, sed illorum. *Simulatio est autem quidquid extra Catholicam fuerit, sed in quantum non est catholicum.* Potest autem aliquid catholicum esse extra Catholicam, sicut potuit nomen Christi esse extra congregationem Christi, in quo^{Marci ix. 37.} nomine pellebat dæmonia ille, qui cum discipulis non sequebatur. Nam simulatio etiam in Catholica esse potest, in his utique, qui sæculo verbis, et non factis renuntiant, nec tamen est catholica simulatio. Sicut ergo est in Catholica quod non est catholicum, sic potest extra Catholicam aliquid esse catholicum.

Salvianus a Gazaufala dixit: *Hæreticos nihil ha-* CAP. 40.
bere constat; et ideo ad nos veniunt, ut possint accipere quod non habebant.

Respondemus: Non sunt ergo hæretici ipsi qui hæreses condiderunt, qui ab Ecclesia recesserunt, et utique habebant quod ibi acceperunt. Quod si absurdum est dicere, ut illi non sint hæretici, per quos ceteri fiunt hæretici; potest fieri ut hæreticus habeat, quo male utendo dispareat.

¹ [Præstat habent cod. alter meus, ut Cyprianus.]

CAP. 41. Honoratus a Tucca dixit: *Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus; ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesiæ baptismo sanctificemus.*

Et iste adtestator est consuetudinis, ubi nos plurimum adjuvat, quidquid aliud contra nos dicere videatur. Non autem ideo ad nos veniunt hæretici, quia foris nihil acceperunt; sed ut eis utile esse incipiat quod acceperunt: hoc enim foris nullo modo potest.

CAP. 42. Victor ab Octavo dixit: *Quod et ipsi scitis, non olim sum constitutus episcopus, et ideo exspectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut quicumque ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.*

Quod ergo illis, quos exspectabat, responsum est, huic quoque responsum accipiatur.

CAP. 43. Clarus a Mascula dixit: *Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis, et ipsis solis potestatem a Patre sibi datam permittentis; quibus nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Domini gubernantes, et credentium fidem baptizantes: et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec Ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo ejus possunt.*

Numquid et impii homicidæ apostolis successerunt? Cur ergo baptizant? An quia non sunt foris? ¹ Sed a petra foris sunt, cui claves Dominus dedit, et ubi se ædificaturum Ecclesiam dixit.

CAP. 44. Secundianus a Thambeis dixit: *Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, ut in Ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum judicii*

¹ [For. legendum, Sed separati a petra.]

dies venerit, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, et indulgentiam divinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum sit una Ecclesia et unum baptisma, Ephes. iv. *quando ad nos convertuntur, simul cum Ecclesia et* ^{4 5} *Ecclesiæ baptismum consequantur.*

Immo translati ad petram et columbæ sociati accipiant remissionem peccatorum, quam habere non poterant extra petram et extra columbam, sive aperte foris, sicut hæretici, sive tamquam intus, sicut perditii catholici: quos tamen baptismum sine remissione peccatorum et habere, et dare, manifestum est, cum et ab ipsis tales accipiunt, qui non in melius commutati Deum labiis honorant, eor autem Isai. xxix. eorum longe est ab eo. Tamen sic est unum bap- ^{13.} Matth. xv. tisma, quomodo est una columba, cum possint qui ^{8.} non sunt in columba communiter, baptismum tamen habere communiter.

Item alius Aurelius a Chullabi dixit: *Johannes* CAP. 45. *apostolus in epistola sua posuit, Si quis ad vos venit,* ² Johan. 10, *et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere* ^{11.} *in domum vestram, et Ave illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi Ave, communicat factis ejus malis. Quomodo tales admitti temere in domum Dei possunt, qui in domum nostram privatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine Ecclesiæ baptismo communicare possumus, quibus si Ave dixerimus tantum, factis eorum malis communicamus?*

De hoc testimonio Johannis non est diutius disserendum, quandoquidem ad quæstionem baptismi, quam modo tractamus, omnino non pertinet. Ait enim, Si quis ad vos venerit, et doctrinam Christi non habet. Hæretici autem relinquentes doctrinam erroris sui, ad Christi doctrinam convertuntur, ut in-

corporentur Ecclesiæ, et ad illam columbam incipiant pertinere, cujus sacramentum habebant : et ideo quod ejus non habebant, eis datur, id est, pax et
 1 Tim. i. 5. caritas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Quod autem ejus habebant, agnoscitur, et sine ulla contumelia suscipitur : sicut in adultera Deus agnoscit dona sua, etiam cum illa sequitur amatores suos ; quia fornicatione ^scorrecta, cum ad castitatem convertitur, non dona illa culpantur, sed ipsa emendatur. Sicut se autem posset defendere Cyprianus, si hoc ei Johannis testimonium objiceretur, quando talibus communicabat ; ita se defendant contra quos dicitur. Nam ad istam quæstionem, ut
 2 Johan. 10. dixi, omnino non pertinet. Johannes enim dicit, alienæ doctrinæ hominibus Ave non esse dicendum :
 1 Cor. v. 11. Paulus autem apostolus vehementius dicit, Si quis frater nominatur inter vos aut avarus, aut ebriosus, et cetera, cum ejusmodi nec quidem cibum simul sumere : et tamen cum collegis fœneratoribus, insidiosis, fraudatoribus, raptoribus, non privatam mensam, sed Dei altare habebat commune Cyprianus. Quomodo autem hoc defendatur, jam in aliis libris satis dictum est.

CAP. 46.
 Matth. xv. 14. Litteus a Gemellis dixit : *Cæcus cæcum si ducat, ambo in foveam cadunt. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, utpote cæcos ; baptismus eorum non valet.*

Nec nos dicimus valere ad salutem quamdiu hæretici sunt, ¹sicut et illis homicidis quamdiu fratres oderunt : nam et ipsi in tenebris sunt, et si quis eos

^s Editi, *corrupta* : mendose. (Hoc melius cod. alter meus *correcta*, sed optime habet *correcta* meus prior.)

¹ [For. legendum, sicut nec valet illis.]

sequitur, simul in foveam cadunt; nec ideo tamen baptismum vel non habent, vel non tradunt.

Natalis ab Oëa dixit: *Tam ego præsens, quam* CAP. 47. *Pompeius Sabratensis, quam etiam Dioga Leptimag-nensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentis, censemus quod et collegæ nostri; quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.*

Communicationem, credo, eam dicit, quæ pertinet ad columbæ societatem: nam in participatione sacramentorum procul dubio communicabant eis, neminem judicantes, nec a jure communionis aliquem, si diversum sentiret, amoventes. Sed quolibet modo dixerit, non magnopere verba hæc refellenda sunt. Certe enim ^tnon communicet hæreticus, nisi ecclesiastico baptismo baptizatus. Constat autem ecclesiasticum esse baptismum etiam apud hæreticos verbis Evangelicis consecratum: sicut ipsum Evangelium ecclesiasticum est, nec ad eorum pertinet perversitatem, sed utique suam retinet ^usanctitatem.

Junius a Neapoli dixit: *Ab eo, quod semel censui-* CAP. 48. *mus, non recedo, ut hæreticos venientes ad Ecclesiam baptizemus.*

Hic quia nullam rationem vel testimonium Scripturarum adtulit, diu nos tenere non debet.

Cyprianus a Carthagine dixit: *Meam sententiam* CAP. 49. *plenissime exprimit epistola, quæ ad Jubaianum collegam nostrum scripta est; hæreticos secundum Evangelicam et Apostolicam contestationem adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unico Ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut pos-*

^t Corbeiensis cod. *num communicet.*

^u Plures MSS. *sanitatem.*

sint fieri de adversariis amici, et de antichristis Christiani.

Quid aliud hic disputandum est, quando ipsam, cujus mentionem fecit, epistolam ad Jubaianum datam, quanta potuimus diligentia pertractavimus? Et quod hic dixit, meminerimus dici posse de omnibus iniquis, quos et in Catholica esse ipse testatur; et baptismum habere, et dare, nemo nostrum ambit. Illi enim veniunt ad Ecclesiam, qui de parte diaboli ad Christum transeunt, et ædificant super petram, et incorporantur columbæ, et in horto concluso et fonte signato muniuntur; ubi non sunt omnes, qui contra Christi præcepta vivunt, ubilibet esse videantur. Nam in epistola, quam scripsit ad Magnum, cum de hac ipsa re ageret, satis aperteque ipse nos commonuit, in ^xquali societate oporteat intelligi Ecclesiam. Ait enim de quodam loquens, *Alienus fiat et profanus Dominicæ pacis, ac ^yDominicæ unitatis inimicus, non habitans in domo Dei, id est, in Ecclesia Christi, in qua non nisi concordēs atque unanimes habitant.* Quod ergo hic dicimus, paululum advertant, qui nobis de Cypriano volunt præscribere. Si enim in Ecclesia Christi non nisi concordēs atque unanimes habitant, procul dubio non habitabant in Ecclesia Christi, quamvis intus esse viderentur, illi qui per invidiam et contentionem sine caritate Christum annuntiabant; quos ipse intelligit, non hæreticos vel schismaticos a Paulo apostolo commemoratos, sed falsos fratres cum illo interius conversantes: qui certe baptizare non debebant, quia in Ecclesia non

Epist. 69.
[vel 73.]

Phillip. i.
15. 17.

^x Ita optimæ notæ codex Corbeiensis. At editi, *in qualibet.* (Sic male scripti mei.)

^y Apud Cyprianum, *ac divine unitatis.*

habitabant, in qua ipse dicit non habitare nisi concordēs et unanimes: nisi forte quisquam sic abhorret a vero, ut dicat concordēs et unanimes fuisse invidos et malevolos, et sine caritate contentiosos: et tamen baptizabant, nec eorum ista detestanda perversitas sacramentum Christi, quod per eos tractabatur et dispensabatur, aliqua ex parte minuebat atque violabat.

Totum sane ipsum locum in eadem ad Magnum CAP. 50. epistola positum operæ pretium est pertractare, quem ita contexuit. *Non habitans, inquit, in domo Dei, id est, in Ecclesia Christi, in qua non nisi concordēs atque unanimes habitant, loquente in Psalmis Spiritu Psal. lxvii. sancto, et dicente, Deus qui inhabitare facit unanimes ^{7.} in domo. Denique ^z unanimitate Christianos firma sibi atque inseparabili caritate connexos, etiam ipsa Dominica sacrificia declarant. Nam quando Dominus Johan. vi. corpus suum panem vocat, de multorum granorum ^{52.} adunatione congestum; populum nostrum, quem portabat, indicat adunatum: et quando sanguinem suum Matth. xxvi. 26—29. vinum appellat, de botris atque acinis plurimis expressum, atque in unum coactum; gregem item nostrum significat commixtione adunate multitudinis copulatum. Hæc verba beati Cypriani indicant eum et intellexisse et dilexisse decorem domus Dei, quam domum ex unanimes et concordibus constare affirmavit, et docuit testimonio prophetico, et significatione sacramentorum: in qua utique non erant illi invidi, et sine caritate malevoli, qui tamen baptizabant. Ex quo apparet et in eis esse posse, atque ab eis dari posse sacramentum Christi, qui non sunt in*

^z Apud Cypr. *unanimitem Christianam firma sibi atque inseparabili caritate connexam.*

Ecclesia Christi, in qua non nisi unanimes et concordēs habitare Cyprianus ipse testatur. Neque enim saltem hoc dici potest, tunc baptizare posse cum latent: quoniam illi Paulum apostolum non latebant, quos in epistola sua veracissimus testis notat, et gaudere se dicit, quoniam et ipsi Christum annuntiabant. De his quippe ait, Sive occasione, sive veritate Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo.

Philip. i.
18.

ANONYMI
LIBER
DE REBAPTISMATE.

ANONYMI
LIBER
DE REBAPTISMATE.

NICOLAUS RIGALTIVS *Observ. ad S. Cypriani Epistolae*, pag. 126. edit. Paris. 1648.

IN exemplari vetustissimo S. Remigii, post hanc epistolam sequitur Tractatus Scriptoris anonymi qui adversus Cyprianum, eandem controversiam dijudicat. Hunc vero Tractatum, quem in aliis exemplaribus inveniri nemo hactenus prodidit, placuit istis Observationibus inseri, quia variis super hac Cypriani sententia quaestionibus subtiliter examinatis multa continet quae ad veteris Ecclesiae disciplinam faciunt plurimum; et, quantum ex dictione deprehenditur, Auctoris est ab aëvo Cyprianico parum distantis.

A FELLO ad editionis suae *S. Cypriani* calcem libellus iste ex Rigaltiana anno 1682. recusus est, ut jam fuerat factum paulo ante a Labbæo in *Conciliorum Tomo Primo*, hac addita observatione, “tribui Trac-

“ tatum in codicibus tribus Ursino monacho, de quo
 “ Gennadius cap. 27, ubi Sirmondus legit *Ursici-*
 “ *nus.*” Labbæi *Synopsis*.

GUL. CAVIUS *Hist. Literaria* vol. I. pag. 131.

ANONYMUS autor tractatus de Baptismo non iterando a Rigaltio inter opera Cypriani primum editi. Antiquus certe est, ac ab ævo Cypriani parum distans, quodque pluribus locis libelli sui non obscure innuit; fervente adhuc controversia de rebaptizandis hæreticis, scripsit. Nihil amplius de eo dicendum restat, nisi quod locus quidam tractatus sui (p. 129. edit. Rigalt. 1648, seu cap. 5.) Episcopum fuisse suadere videatur; ubi autor se a clero minore aperte satis distinguit, unumque ex iis fuisse subindicat, quibus baptisma Spiritus per manus impositionem conferendi potestas a Domino tradita sit. Quo majorem vero lucem rei afferamus, locum integrum apponere non gravabimur.

Et ideo, inquit, cum salus nostra in baptismo Spiritus (quod impositione manuum Episcopaliū conferri supra sæpius docuerat) quod plerumque cum baptismo aquæ conjunctum est, sit constituta; si quidem per nos baptisma tradetur, integre, et solenniter, et per omnia quæ scripta sunt assignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero (i. e. presbytero et diacono, ut in notis recte Rigaltius) per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur. Nuperus tamen scriptor (Casimirus Oudin *Supplem. de Script. in Cypriano*) libellum istum Ursino monacho cuidam Africano Gennadii Massiliensis, et Vaticani MS. (quo

usus est Labbæus in editione Conciliorum) auctoritate nixus, ascribit : cui sententiæ, ut calculum apponamus, vix a nobis impetrari potest. Præterquam enim, quod incalescente adhuc controversia scripsisse, et ad Episcopalem ordinem spectasse videatur autor noster ; Ursinus (teste Gennadio) huic imprimis probando incubuit illos non esse rebaptizandos, qui in nomine vel simpliciter Christi, vel in nomine Patris, Filii, et Spiritus S. quamvis pravo sensu, baptizati fuerint : quod in Anonymo nostro neuti- quam diserte reperitur, quem licet tale quid sensisse concedendum sit, aliud tamen ille argumentum elucidandum suscepit. Quod vero rem omni dubitandi ratione eximit, Anonymi nostra ætate crebras persecutiones in ecclesiam grassatas esse, innumeris libelli, de quo agitur, locis ostendi possit : cum Ursinus ille a Gennadio inter ævi quarti jam inclinantis scriptores referatur. Denique stylus, totaque scribendi ratio Tertulliani, vel Cypriani ætatem, quin et gentem satis aperte prodit. Extat inter Cypriani opera, Paris. 1648. 1666. Oxon. 1682.

IDEM CAVIUS pag. 430. ejusd. vol.

URSINUS, gente Afer, vitæ instituto monachus. Claruit circa annum 440. Scripsit, teste Gennadio, *De Scriptoribus c. 27. adversus eos qui rebaptizandos hæreticos decernunt, docens rebaptizandos non esse, qui in nomine vel simpliciter Christi, vel in nomine Patris, Filii, et Spiritus Sancti, quamvis pravo sensu, rebaptizentur : iis autem post simplicem Trinitatis confessionem sufficere ad salutem manuum Episcopali- um impositionem.* Hunc Ursini libellum eundem cum anonymi tractatu a Rigaltio inter Cypriani

opera edito ex codicis Vaticani fide facit Philip-
 pus Labbeus, et ex eo Casimirus Oudin: quibus ego
 rationibus non contemnendis ductus, assensum tri-
 buere non possum, ideoque alibi anonymo opus reli-
 qui. Ut forsitan non tam ab ignorantia (quod vult
 Casimirus Oudin) profectum sit, quod doctissimus,
 et ὁ νῦν ἐν ἀγίοις, Oxoniensium antistes in editione
 sua Cyprianica hoc opus anonymum reliquit; quam
 quod autorem Cypriano ætate fuisse supparem cum
 cl. Rigaltio, aliisque credidit. Certe unicum pro
 Ursino argumentum est codicis Vaticani titulus,
 quem tractatui anonymo cuius, qui Gennadium le-
 gerat, adjicere in promptu erat. Sic CAVIUS.

IN tribus autem codicibus, referente supra Labbæo,
 Ursino libellus attributus est. Porro postea, quæ
 sequuntur, idem addidit Oudinus in *Comment. De*
Scriptoribus Ecclesiast. vol. I. p. 1006. “Tria argu-
 “ menta in gratiam Ursini militare, 1. auctoritatem
 “ Gennadii. 2. Manuscripti codicis Vaticani. 3. vali-
 “ dissimum ex lectione libri postulatum. Nam non
 “ nisi ad authorem spectare, qui plurimis etiam post
 “ motam de baptismo Hæreticorum contentionem
 “ temporibus vixerit. De persecutionibus in hoc
 “ libro velut adhuc perdurantibus ne γρὸν quidem.”
 Hæc ille.

STEPHANUS BALUZIUS in *Notis ad Cyprianum*
 p. 607. hæc posuit.

Hunc tractatum primus in lucem protulit Nico-
 laus Rigaltius ex apographo Sirmondi. Sirmondus
 autem descriperat ex veteri codice MS. monas-
 terii sancti Remigii Remensis, ubi positus est conse-
 quenter post epistolam Cypriani ad Pompeium. Nos

illum contulimus cum eodem libro veteri, et ex ejus fide emendavimus et supplevimus quæ aut male posita erant, aut omissa in editione Rigaltii. Auctorem illius esse Ursinum monachum Afrum, cujus meminit Gennadius in libro de Scriptoribus ecclesiasticis; monuit Philippus Labbæus in indice rerum quæ extant in tomo primo Conciliorum. At istud repulit Guillelmus Cave, eo in primis argumento quod constet, ut ipse arbitrabatur, illum scriptum esse invalescente adhuc persecutione adversum Christianos, Ursinus autem ille qui de ea materia scripsit reputatur a Gennadio inter scriptores ævi quarti jam desinentis; et quia Gennadius de Ursino agens tradit illum scripsisse adversus eos qui rebaptizandos hæreticos decernunt, et docuisse rebaptizandos non esse eos qui in nomine vel simpliciter Christi, vel in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quamvis pravo sensu, baptizantur, iis autem post simplicem Trinitatis confessionem sufficere ad salutem manuum impositionem. Quod in Anonymo diserte non reperiri, ait Guillelmus Cave. Sane fatendum est nonnulla in eo opere legi, quæ innuere videntur illud fuisse scriptum invalescente persecutione. Sed præterquam quod mentionem persecutionis factam fuisse antiquitus ab iis qui diu post extinctam persecutionem vixere, nos olim ostendimus in observatione nostra de tempore concilii Eliberitani, illa res, ut verum fatear, me facile impellit ut credam hunc tractatum vere esse Ursini, quod illius auctor testatur se diu post apostolos scripsisse, *post tot sæculorum tantam seriem*. Quod arbitror dici non potuisse ab eo qui scripsisset ævo Cypriani. Ab excessu enim apostolorum usque ad tempora sancti Cypriani vix invenias

sesquisæculum, multo minus *tot sæculorum tantam seriem*. At usque ad tempora Ursini præterierant plura sæcula. Sic BALUZIUS.

ANDREAS GALLANDIUS *in Prolegomenis* ad Tom. III.

Bibliothecæ suæ Vet. Patrum Venetiis anno 1767 editum, in quo hoc Opus positum est.

“Colligi ex his verbis (a Baluzio supra objectis) non debere ait Prudentius Maranus, Vit. S. Cypr. auctorem sæculo quarto vixisse, sed tantummodo eum in exaggerando non valde timidum fuisse. Nam præterquam quod ne quarto quidem sæculo sine absurda exaggeratione objicere potuit *tot sæculorum tantam seriem*, certe conceptis verbis declarat *tunc primum* controversiam de baptismo hæreticorum exarsisse: quod sæculo demum tertio proprie congruit. Quin etiam Cyprianum ipsum, tacito nomine, ut adhuc viventem et diversas partes auctoritate sua tuentem oppugnat. Statuit enim §. 2. ejusmodi controversiæ *nullum alium esse fructum nisi ut unus homo, quicumque ille est, magnæ prudentiæ et constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur, et hæreticorum stupore præditus, quibus hoc unum solatium est si non soli peccare videantur, errores et vitia universarum ecclesiarum correxisse, apud simillimos sui et compares celebretur*. Quis porro Cypriano tam indignis modis conviciatus esset, postquam maculam erroris, quem non sine summa animi moderatione in re nondum decisa defenderat, martyrio abstersit, ejusque nominis, refrigerato contentionis æstu, summa exstitit in omnibus ecclesiis celebritas?”

Quæ de hujus Anonymi scriptoris ætate hæctenus edisseruit V. C. Prudentius Maranus Vit. S. Cypriani c. 35. p. cxxvi. aliis quoque doctrina et eruditione præstantibus jampridem probata noscuntur. Rigaltius qui primus inter notas ad opera S. Cypriani hunc tractatum edidit, usus apographo Sirmondiano ex veteri codice monasterii S. Remigii descripto censuit auctoris esse ab ævo Cypriani parum distantis. Rigaltium secutus est Cyprianicorum editor Oxoniensis, Caveus item ejusmodi quæstionem semel iterumque discutens adduci non potuit ut alteri sententiæ calculum adjiceret. Sed ceteris multo acrius rem investigasse videtur Tillemontius; *Mem.* tom. iv. p. 133 et 622. not. xxxvii. sur S. Cypr. qui eo usque demum processit, ut non solum vivente adhuc Cypriano sed etiam contra ipsummet episcopum Carthaginensem scriptum opus definiret. Quorum ergo virorum doctorum judicio libenter accedimus. Hæc GALLANDIUS præeunte Marano.

AD meam sententiam quod attinet, cogunt me verba ipsius auctoris a Baluzio atque Oudino indicata, ut supersedeam argumentis, quæ adnumerent hunc librum iis ante synodum Nicænam conscriptis. Ut omnia verba describam; *Perquam utile est*, inquit auctor, *credere et tot annorum, totque ecclesiarum, itemque apostolorum et episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere, cum sit maximum incommodum et dispendium sanctissimæ nostræ ecclesiæ adversus prisca consulta, post tot seculorum tantam seriem, nunc primum repente ac sine ratione insurgere*, cap. 7. Ubi non tantum de tot seculorum serie fit mentio, sed etiam *prisca consulta* indicantur, quæ Cypriani opinioni atque decretis opposita fue-

rint; quo respiciens initio quoque operis sui hic scriptor *rem olim compositam et ordinatam* ait. Neque tamen Ursino, si ille monachus tantum fuerit, libellus recte adscribi potest, quoniam, ut Cavius supra docet, auctor ejus episcopus extitit. Sic memorat opus hoc Pearsonius in *Op. Posthumis*, “Ursinus, seu quis alius scriptor Africanus post Cypriani tempora libro de Baptismo Hæreticorum.” pag. 361. vol. I. ed. Churton. Auctor profecto, quicumque is demum fuerit, doctus, et certe, ubi memorat res gestas Christi, tum fere semper alibi, disertus, propter quæstionem in hoc atque in superioribus libris tractatam, quæque his quoque temporibus exponenda venit, dignus erat, ut, quam potui emendatus, et cum Augustini Responsis prodiret.

ANONYMI
LIBER
DE REBAPTISMATE.

² *Non debere denuo baptizari qui semel in nomine Domini nostri Jesu Christi sint tincti.*

I. ANIMADVERTO quæsitum apud fratres, quid potius observari oportet in personam eorum, qui in hæresi quidem, sed in nomine Dei nostri Jesu Christi, sint tincti, postmodum inde digressi, et suppliciter ad Ecclesiam Dei advolantes, totis præcordiis pœnitentiam agerent, et erroris sui damnationem nunc demum intelligentes, auxilium salutis ab ea implorarent; utrum vetustissima consuetudine ac traditione ecclesiastica, post ³illum, quod foris quidem, sed in nomine Jesu Christi ⁴Domini nostri

¹ DE REBAPTISMATE] Retinuimus inscriptionem, quam præfert vetus codex (Remensis). Et in calce vetus codex habet, *Cæciliû Cypriani finivit de rebaptismate.* BALUZIUS.

² *Non debere—tincti*] Sic incipere cõdicem ait Rigaltius.

³ illum] Cor. illud.

⁴ Domini nostri] In veteri libro scriptum est *Domini non.* Quod ita corrigendum esse censuit Sirmondus ut *Dominicum*

acceperunt baptismum, tantummodo imponi eis manum ab episcopo, ad accipiendum Spiritum sanctum sufficeret, et hæc manus impositio signum fidei iteratum atque consummatum eis præstaret: an vero etiam iteratum baptismum his necessarium esset, tanquam nihil habituris, si hoc quoque adepti ex integro non fuissent, perinde ac si nunquam baptizati in nomine Jesu Christi forent. Ideoque nonnulla super hac nova quæstione scripta aut rescripta esse ¹jactabantur, quibus utraque pars ad destruenda aliena summo studio nitebatur. In quo genere quæstionis, ut mihi videtur, nulla omnino potuisset controversia aut disceptatio emergere, si unusquisque nostrum contentus venerabili ecclesiarum omnium auctoritate, et necessaria humilitate nihil innovare gestiret, cum locum contradictioni non quemlibet animadverteret. Namque omne quod anceps et ambiguum, ²et in diversis sententiis prudentium ac fidelium virorum constitutum est, si contra priscam et memorabilem cunctorum emeritorum sanctorum et fidelium solennissimam observationem judicatur, damnari utique deponeretur; et ita edidit Rigaltius. Nos scripsimus *Domini nostri*, tum quia paulo ante scriptum est *in nomine Dei nostri Jesu Christi*, tum quia infra diserte scriptum est *in nomine Domini nostri Jesu Christi*. Sic in allocutione Crescentis a Circa in concilio Carthaginensi pag. 331. scriptum est in vetustissimo codice MS. sancti Remigii Remensis *dilectissimi non pro nostri*, et in allocutione Munnuli a Girba ibidem *Domino n dicente*, cum legendum sit *Domino nostro*. Sic pro eo quod apud Marium Mercatorem in editione nostra pag. 348. scriptum est *nondum verbum dicit*, nos monuimus pag. 470. legendum esse *non Deum*.
BALUZ.

¹ jactabantur] Mihi magis placeret *jactantur*.

² et in diversis sententiis] Fortasse indicantur, quæ modo allatæ sunt Episcoporum contra baptismum Hæreticum sententiæ.

bet; cum in re olim composita et ordinata, quodcumque est illud 'quod contra Ecclesiarum quietem atque pacem in medium producat, nihil præter discordias et simultates et schismata 'allaturum; ubi nullus alius fructus reperiatur, nisi hic solus, ut unus homo, quicumque ille est, magnæ prudentiæ et constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur et hæreticorum ²stupore præditus, (quibus hoc unicum perditionis solatium est, si non soli peccare videantur,) errores et vitia universarum ecclesiarum correxisse apud simillimos sui et compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc studium atque propositum est, sanctissimæ matri nostræ Ecclesiæ ejuscemodi et plurimas quantas calumnias nectere; et invenisse aliquid quod ei crimini, vel etiam leviter, dari posset, summam gloriam ducere. Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino ³in quocumque clero constitutum, ac multo magis ⁴episcoporum, ⁵audere deceat, monstri simile est, ipsos episcopos talia scandala cogitare, et turpitudinem matris Ecclesiæ, si quam putant in hoc negotio esse, contra præceptum legis et omnium scripturarum nimis irreverenter, ⁵cum sua ipsorum turpitudine

¹ allaturum] For. scribendum est *allaturum sit*.

² stupore præditus] Arrogantia, superbia, ut recte monuit Rigaltius. Vox illa in eo sensu usurpata est a Cypriano et a Pontio ejus diacono. Apud Marium Mercatorem pag. 75. in editione nostra legitur, *in stupore remaneat dentium Paulus Samosatenus*. BALUZ.

³ in quocumque clero constitutum] Id est in quolibet ordine eorum qui in clero connumerantur. BALUZ.

⁴ episcoporum] Malim legere *episcopum*.

⁵ cum sua ipsorum] Mutavit in *cum ipsa ipsorum* Baluzius, quem non secutus sum.

et periculo, non vereri detegere; quamquam nulla sit in hoc, nisi in errore ipsorum illorum, turpitudine Ecclesiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejusmodi, si id quod in observatione antiquissima ¹ab iis tanquam non recte fiat reprehenditur, et ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte observatum esse et observari manifeste ac fortiter ostendatur; ita ut etsi paribus argumentis ex utraque parte congregemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur sine dissensione fratrum et damno ecclesiastico consistere, utique ²non debeat contra fas, quod aiunt, et nefas, id est contra bonum et æquum, Ecclesiæ matri quasi macula temere infligi; eisque qui hoc adtentarint, audaciæ hujus atque impietatis ignominia merito deberet adscribi.

1 Cor. i.
10.

II. Sed quoniam non est in nostra potestate, ut secundum præceptum Apostoli id ipsum dicamus omnes, neve sint in nobis schismata; tamen in quantum possumus, connitimur hujus tractatus statum demonstrare; et turbulentis hominibus, ut vel nunc suum negotium agere incipiant, persuadere; consecuturis etiam plurimum nobis, si hoc quoque consilio sano tandem voluerint adquiescere. Et ideo quæcumque sanctarum scripturarum ad hanc partem pertinentia sunt capitula, necessario in unum congeremus: et quæ videntur esse diversa aut varia, quantum poterit, manifeste inter se conglutinabimus, et utilitatem ac commodum singulorum pro mediocritate nostra examinabimus, ut ³accendi in Eccle-

¹ ab iis] Ita putavi scribendum esse, cum antea legeretur *aliis*. BALUZ. For. proxime post *ab aliis* pro *ab his* reponendum est.

² non debeat] For. scribendum *non deberet*, cum paulo post *deberet* pro *debeat* forsitan ex codice reposuerit Baluzius.

³ accendi] Rigaltius conjecit legendum esse *tacendi*. Angli

sia formam et consuetudinem saluberrimam atque pacificam universis fratribus insinuemus.

III. Igitur adgredientibus tractatum salutaris et novi, hoc est spiritualis et evangelici baptismatis, in primis occurrit notissima omnibus prædicatio celebrata atque cœpta ab Joanne Baptista, qui aliquantum desciscens a lege, id est ¹Moysi antiquissimo baptismate, et viam novæ et veræ gratiæ præsternens ²et baptismate, quod interim exercebat, aquæ et pœnitentiæ; sensim aures Judæorum præveniebat et occupabat spiritualis baptismatis futuri annuntiatione, adhortans eos et dicens: *Qui post me venit fortior me est, cujus ego non sum dignus corrigiam calciamenti solvere, ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.* Propter quod nobis quoque hujus sermonis orsus hinc incipere debet. Nam et Dominus hanc eandem vocem Joannis post suam resurrectionem in Actis Apostolorum confirmans, *præcepit eis, ab Hierosolymis non discedere, sed expectare illam promissionem Patris quam audistis a me, quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.* Itemque Petrus eadem verba Domini percensuit, rationem pro se apud Apostolos reddens dicendo: *Cum autem inciperem loqui ego, irruit spiritus sanctus super eos, sicut et super nos in principio, et recor-*

Matth. iii.
11.

Act. i. 4. 5.

Act. xi. 15,
16, 17.

pro accendi posuerunt accedenti. Ego puto ponendum esse attendi. BALUZ. Malim ego reponere accenseri, pro accendi, de quo verbo Lexicographi videndi. *Glossæ vet.* habent, *Accensor*, εἰσαγωγεὺς, εἰσηγητής.

¹ Moysi] Moysis. Antea editum erat *Moyse antiquissimo*. Certam esse hanc nostram emendationem ostendit locus ex epistola 73. Cypriani pag. 134. *Illi quia jam legis et Moysi antiquissimum baptismata fuerant assecuti (adepti).* BALUZ.

² et baptismate] For. *ex baptismate*.

datum sum sermonem Domini sicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Si ergo æquale donum dedit eis sicut et nobis credentibus Dominum Jesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Domino? Et iterum:

Act. xv. 7, 8. *Viri fratres, scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes verbum evangelii et credere, et qui corda novit Deus testimonium perhibuit dans eis Spiritum sanctum sicut et nobis.*

Ac propterea hujus sententiæ quæ sit vis et potestas considerare debemus. Ait enim Dominus eis qui postmodum baptizari haberent quia crederent, baptizandos esse, non quemadmodum a se in aqua in pœnitentiam, sed in Spiritu sancto. De qua prædicatione cum utique nemo nostrum possit ambigere, manifestum est qua ratione homines in Spiritu sancto baptizati sint; nam et proprie in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt qui crediderunt; quia Joannes discrevit et dixit, dicens, Se quidem in aqua baptizare, venturum autem qui in Spiritu sancto baptizet, ¹Gratia et virtute Dei sunt et hoc et occulta largiente et operante, nihilo minus autem etiam in baptismo Spiritus et aquæ; præterea etiam in baptismo Spiritus in sanguine proprio

¹ Gratia et virtute Dei sunt et hoc] Aliquid hic deesse videtur, quod absque alterius exemplaris ope restitui nequeat. nisi dicamus, ista: *Gratia et virtute Dei sunt*, pendere de præcedentibus illis: *proprie in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt*, ut continua lectione sic perducamus: *Gratia et virtute Dei sunt*, nempe baptizati. deinde sequatur: *hoc et occulta largiente et operante*. Verum hæc sunt nimis anxia et coacta. Sustinebimus igitur usque dum in alium incidamus codicem antiquum. RIGALTIIUS. Mihi quidem satisfaceret, modo istud, *sunt et hoc*, cum *sanctum hoc* mutaretur.

uniuseujusque. sicut declarant nobis sanctæ scripturæ, quarum, per singula quæque eorum quæ enarrabimus, adferemus perspicuas probationes.

IV. Ad quæ forte tu, qui novum quid inducis, continuo impatienter respondeas ut soles, dixisse in evangelio Dominum, *Nisi quis denuo natus fuerit ex* Joan. iii. 5. *aqua et Spiritu, non potest introire in regnum cælorum*: Ex quo manifeste apparet, illi baptisma solum prodesse, cui possit etiam Spiritus sanctus inesse; super ipsum enim Dominum, cum baptizaretur, Spiritum sanctum descendisse, factumque ejus atque dictum pariter congruere, nec alia ulla ratione mysterium istud posse consistere. Cui responso nemo nostrum ¹ adeo ita insanus reperitur aut contumax, ut audeat contra fas aut contra verum contradicere: scilicet, rebus integris, et omni modo ita in Ecclesia gerendis, et secundum disciplinæ ordinem perpetuo a nobis observandis. Sed si in eodem novo testamento hæc quæ in isto negotio deprehendimus adunata, nonnunquam reperiantur quodammodo divisa ac separata, et proinde disposita atque si sint singula, videamus utrum possint esse aliquando etiam singulariter solitaria, quasi non sint mutila, sed tanquam integra atque perfecta. Nam cum per manus impositionem episcopi datur unicuique credenti Spiritus sanctus, sicut apostoli circa Samaritanos post Philippi baptismam manum eis imponendo fecerunt, et hac ratione Spiritum sanctum in eos contulerunt; quod ut fieri posset ipsi *pro* Acts viii. *eis oraverunt, nondum enim super quenquam eorum* ^{15, 16.} *deciderat Spiritus, tantum autem baptizati erant in*

¹ adeo ita insanus] An legendum, *a Deo ita insanus*?

² *deciderat*] Reposuit hoc ex ipso fortasse codice desumptum

nomine Domini Jesu; Dominus quoque noster post resurrectionem, cum insufflasset et dixisset apostolis suis, *Accipite Spiritum sanctum*, ita demum largitus eis ²Spiritum sanctum [cum ita] invenitur; quid tibi frater, videtur? Si quis non ab episcopo baptizatus ita ut si in continenti etiam manus ei imponatur, priusquam tamen accipiat Spiritum sanctum, fuerit defunctus, utrum censeas salutem percepisse eum, nec ne? quoniam quidem et ipsi apostoli et discipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a Domino ³sint baptizati, non statim Spiritum sanctum acceperint, ⁴qui nondum erat, quia Jesus nondum fuerat clarificatus, sed post resurrectionem ejus, nec modicum intervallum temporis, ⁵quo id gestum est, intercesserit. Sicuti et cum baptizati sunt a Philippo Samaritani; donec Samariam rogati ab Hierusalem

Joan. xx.
22.

Joan. vii.
39.

pro verbo *descenderat* Baluzius; *descenderat* restituit Gallandius.

² Spiritum sanctum invenitur] Habet Rigaltius, *ita demum largitus eis Spiritum. cum ita invenitur, Quid tibi frater videtur.* Nec aliter edidit Baluzius, nisi quod *Sanctum* e codice fortasse addidit, et punctum post *Spiritum* delevit. Sic vocibus, ut vides, dispositis illas *cum ita* tamquam pro isto *Sanctum* perperam scriptas uncis inclusi. Edidit Gallandius *largitus eis Spiritum sanctum. Cum ita invenitur, quid tibi frater, videtur?*

³ a Domino sint baptizati] Tertullianus lib. de Baptismo: *Apostolos tinctos non invenimus in Domino, præter Paulum.* Ibidem: *Illis vel primæ adlectionis, et exinde individuae familiaritatis prærogativa compendium baptismi conferre potuit.* RIGALTIVS. Omissis *sint* a Baluzio additum quasi importunum Gallandius, cui haud assentior.

⁴ qui nondum erat] Exciderit fortasse librario vox *datus*, quæ necessario addenda videtur ex vulgato interprete. Ab eadem ratione citatur hic locus infra cap. xiv. Ubi videas notam Baluzianam. GALLANDI.

⁵ quo id gestum est] For. ex quo.

apostoli descenderent ad illos, ut eis manum imponerent, et Spiritum sanctum per manus impositionem in eos conferrent; ¹vel quoniam illo intervallo temporis aliquis eorum non adeptus Spiritum sanctum morte potuit intercipi, et defraudatus gratia Spiritus sancti defungi. Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum, et evenire solitum, ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de seculo exeant, et tamen pro perfectis fidelibus ²habentur. Sicuti Æthiops eunuchus, cum Act. viii. 27 seq. rediret ab Hierusalem et legeret prophetam Esaiam et hæsitaret, suggerente Spiritu, audita veritate a Philippo diacono, credidit et baptizatus est, et cum ascendisset de aqua, *Spiritus Domini rapuit Philip-pum, et non vidit eum jam nunc amplius eunuchus. abibat enim viam suam gaudens;* ³quoniam ut animadvertis imposita ei manus non est ab episcopo, ut Spiritum sanctum reciperet. Quod si hoc admittis, et salutare esse credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris, necesse est confitearis, proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius posse consistere; id est, ut per solam manus impositionem episcopi, quia baptisma in nomine Jesu Christi Domini nostri præcessit, possit ⁴alio homini pœnitenti atque credenti etiam Spiritus sanctus tribui; quoniam eos qui in Christum credituri essent Scriptura sancta prædixit, oportere in

¹ vel quoniam] Omisit *vel* a Baluzio additum Gallandius; omittere *quoniam* ego malim, nisi *vel quodam* reponas. Habes *intervallo quodam temporis* infra p. 304. l. 26.

² habentur] Corrigendum *habeantur*.

³ quoniam] Assentior erudito viro, qui monuit legendum esse *quamquam*. BALUZ.

⁴ alio homini] Forsan legendum *alieno homini*, h. e. hæretico. Ut postea scribit auctor. *Si vero ab alienis tradita fuerint*.

Spiritu baptizari. Ita ut et hi quoque non videantur minus aliquid habere, quam illi qui perfecti sunt Christiani; ¹nec necesse sit quæri, quale illud baptismum fuerit quod in nomine Jesu Christi sunt consecuti. Nisi forte in illo quoque superiore tractatu, circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri, ²aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem episcopi Spiritum sanctum consuesse præstari; aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum ³solum esse largiri. Quod si ita est, et potest aliquid horum eveniens salutem homini credenti non præripere, tu quoque ipse annuis ⁴quoniam modo dimidiatum, et non ut contendis consummatum mysterium fidei, ⁵qua necessitas in-

¹ nec necesse sit] Reposuit *nec* pro *ne* Baluzius, improbante id. Gallandio.

² aut non hac sola—impositionem] Aliquid hic deesse videtur: nisi totam clausulam sic constituamus: *Circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu Sancto posse salvos fieri: aut, non hac sola ratione, sed et per manus impositionem episcopi, Spiritum sanctum consuesse præstari: aut etiam non episcopum dicas, Spiritum Sanctum esse largiri.* Solum, hoc est, sine aqua, sine baptismo. Esse largiri, hoc est, Spiritum sanctum dare posse etiam non episcopum. videlicet aliquem de minore clero. vel de iis qui sunt minores clericis. Hæc RIGALTIVS. Legerim ego, *at non hac sola ratione, sed si addatur per &c.*

³ solum] For. pro *solum solitum* est reponendum.

⁴ quoniam modo dimidiatum] Idem vir eruditus censet legendum esse *non modo dimidiatum ut contendis sed consummatum mysterium fidei.* BALUZ. Non assentior. Gallandius quidem conjicit scribendum esse *quoniam modo.* Malim ego *quodam modo.* Vid. supra pag. 297. l. 20.

⁵ qua necessitas intervenit] Peculiari necessitatis causatione, cujus exempla observavimus apud Tertul. et Cypr. RIGALTIVS. Scribendum *quia* pro *qua* videtur.

tervenit, salutem adimere non posse credenti et pœnitenti homini. Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem ¹adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut omnibus hominibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus ipsorum infirmantur, per semetipsos subvenire debeant, ²quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur, hoc idem præstare non possint; ne sanguis eorum qui vacui de seculo exisse videbuntur, de manu episcoporum necesse habeat requiri.

V. Porro autem, ut non ignoratis, credentibus hominibus invenitur Spiritus sanctus a Domino datus sine baptismo aquæ, sicut Actis Apostolorum continetur in hunc modum: *Adhuc loquente Petro verba* Act. x. 44
hæc irruit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant —48.
verbum, et obstupefacti sunt qui erant ex circum-
cisione fideles quotquot simul venerant cum Petro,
quia et super gentes donum Spiritus sancti effusum
est. audiebant enim eos loquentes linguis suis et magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid
aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti
qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? et præ-
cepit eos baptizari in nomine Jesu Christi. Sicut etiam
 idem Petrus postmodum de eisdem gentibus plenissime docuit nos dicens, *Et nihil discrevit inter nos et* Act. xv. 9.
ipsum, fide emundatis cordibus eorum. Atque hoc non
 erit dubium, in Spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari; sicut animadvertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur, ut satisfaceret et

¹ adimimus] For. emendandum *adimis*.

² quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur] For. legendum, *quia ceteri homines minoris cleri iis qui periclitantur. Habes supra p. 293. l. 18. in quocunque clero constitutum.*

Joannis et ipsius Domini prædicationibus, quandoquidem et hi sine manus impositione apostolorum, et sine lavacro, quod postea adepti sunt, gratiam remissionis acceperint; ¹ et emundatis cordibus eorum Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, ut hoc solum eis baptisma subsequens præstiterit, ut invocationem quoque nominis Jesu Christi acciperent; ne quid eis deesse videretur ad integritatem ministerii et fidei.

VI. Quod etiam, e contrario latere tractatus hujus, sunt consecuti ipsi illi discipuli Domini nostri, super quos jampridem baptizatos, postremo die Pentecostes supervenit Spiritus sanctus, voluntate Dei quidem, non sua sponte cælo lapsus, sed ad hoc ipsum munus ² effusum, sedet super unumquemque eorum. Cum justi jampridem ut diximus baptisate Domini fuissent baptizati, sicut et ipsi apostoli, qui tamen omnes Dominum nocte qua apprehensus est, deseruisse inveniuntur: et ille ipse, qui gloriatus est perseveraturum se in sua fide, Petrus, et adversus ipsius Domini prædictum obstinatissime repugnavit, postremo tamen eum etiam negavit; ut hac ratione ostenderetur nobis, quæ medio tempore quoquo modo ³ contraxerant delicta, eadem hæc in eis ⁴ fide postmo-

¹ et emundatis] *et sic paulo ante emundatis.* Ita Baluzius. Rigaltius, *et inundatis*, intermediis omissis: quod magis placet. Oxon. *et emundatis.* GALLANDI. *Edit. Oxon* secutus sum. In *Baluziana* typographus Parisiensis erravit.

² effusum] Facile assentior eidem viro doctissimo, qui putat reponi debere *effusus*. BALUZ. *Sedens* quoque pro *sedet* scribendum videtur. Dictum istud, de Spiritu quod præcedit, *non sua sponte*, haud intelligo. Proxime post emendat locum Rigaltius legendo *isti* pro *justi*.

³ contraxerant] For. *contracta erant*.

⁴ fide postmodum sincerata] Ad sinceritatem reducta. Mel

dum sincerata per baptisma Spiritus sancti non dubie esse dimissa. Nec ulla ut puto alia ex causa apostoli his quos in Spiritu sancto adloquebantur, præceperant ut in nomine Christi Jesu baptizarentur, nisi quia virtus nominis Jesu super quemcumque hominum baptismate invocata ad salutem adsequendam non modicam prærogativam ei qui baptizaretur præstare posset, sicuti Petrus in Actis Apostolorum narrat dicens, *Nec enim aliud est nomen sub cælo quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri nos.* Act. iv. 12. Sicut etiam Apostolus Paulus aperit ostendens, quia Deus exaltavit Jesum Dominum nostrum et donavit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen, *ut in nomine Jesu omnes genua current caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus est Jesus in gloria Patris:* et ille, in quo, cum baptizaretur, invocatum esset ¹in nomine Jesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere, et errorem suum corrigere, et ad ecclesiam et ad episcopum venire, et sinceriter confiteri Jesum nostrum coram hominibus, ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam Spiritum sanctum acciperet, nec invocationem illam pristinam nominis Jesu amitteret, quam nemini nostrum licet damnare: ²quum hæc nuda et singularis, si in errore sit constituta, non posset ad salutem præstandam sufficere, ne hac ratione etiam ethnicos et hæreticos abutentes nomen Jesu, credamus ad salutem sine vera re atque insincera, quod purum et sine cera. Infra dicet, *purificato corde.* RIGALT.

¹ in nomine Jesu] For. *nomen Jesu.*

² quum hæc nuda] Reponi hic oportere *quamquam* pro *quum* existimo.

gra posse pervenire. Quam tamen invocationem nominis Jesu, correctione erroris et agnitione fidei veritatis, et abscisa omni labe præteritæ conversationis, mysterio Dei circa ejusmodi homines rite perpetrata, locum quem habitura non erat, obtinere; et postremo in fide recta, et ad integritatem signi præstandam non obesse, supplemento ejus quod deerat accedente; perquam utile est credere, et tot annorum, totque ecclesiarum, itemque apostolorum et episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere; cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris ecclesiæ adversus prisca consulta, post tot seculorum tantam seriem, nunc primum repente ac sine ratione insurgere. Nec enim propter aliud Petrus, qui jam fuerat baptizatus, et quid sentiret de Domino ab ipso Domino erat interrogatus, et veritate revelationis Patris cœlestis in eum collocata, quod Dominus noster non solum Christus, verum etiam Filius Dei vivi esset confessus, postmodum eidem Christo prædicanti de sua passione refragatus esse monstratus est, et propterea Satanæ dici ostensus est; nisi quia futurum erat, ut quidam tametsi variantes in sententia propria, et claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Jesu baptizarentur, tamen si intervallo quodam temporis recorrigere id potuissent, non propterea a salute exciderent; sed quandoque resipuissent, integram spem salutis pœnitendo obtinerent; præsertim cum Spiritum sanctum, quo baptizari unusquisque hominum debet, acciperent, ¹aliquid tale designassent; sicuti non solum

Matth.
xvi. 16.

¹ aliquid tale designassent] For. legendum, *aliquid tale designandum esset*, et cum sequentibus conjungendum.

Petrum hoc passum esse in evangelio deprehendimus, verum universos quoque discipulos; quibus jam baptizatis postea Dominus ait, *quia vos omnes scandalizabimini in me*. Qui omnes, ut animadvertimus, correcta fide sua, post resurrectionem Domini in Spiritu sancto sunt baptizati; ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore in Spiritu sancto posse baptizari, qui cum aqua baptizarentur in nomine Domini ¹aliquod scabram habuissent fidem. Quoniam multum interest, utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine Domini nostri Jesu Christi, an vero in aliquo claudicet cum baptizatur ²baptismate aquæ, quod minus est, dummodo postea constet in veritate sincera fides in baptismate Spiritus, quod non dubie majus est.

VII. Nec æstimes huic tractatui contrarium esse quod dixit Dominus: *Ite, docete gentes, tinguite eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Quia cum hoc verum et rectum et omnibus modis in ecclesia observandum sit, et observari quoque solitum sit, tamen considerare oportet quod invocatio nominis Jesu non debet a nobis inutilis videri propter venerationem et virtutem ipsius nominis, in quo nomine virtutes omnes solent fieri: et nonnunquam aliquæ etiam ³ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinent illa verba Christi, qui negaturum se esse

¹ aliquod scabram habuissent fidem] Fortean scripserit Auctor, *aliquo scabram*; hoc est, aliquatenus, ut apud Tertul. *aliquo Numidas*. Quod si quis malit *aliquod scabram* ferri certe poterit, quemadmodum apud Virgil. *os humerosque deo similis*. RIGALT.

² baptismate aquæ] Sic emendavimus quod in MS. Remensi prave scriptum est, *Baptismata ea quæ*. RIGALTIVS.

³ ab hominibus extraneis] Non domesticis fidei: extra Ecclesiam constitutis. Infra dicet *alienis*. RIGALTIVS.

Matth. vii. 22, 23. dixit, nec nosse eos qui sibi in die iudicii dicturi essent, *Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes magnas fecimus*, respondendo eis etiam cum iurejurando, *Quia nunquam cognovi vos: discedite a me qui operamini iniquitatem*: nisi ostenderetur nobis, nonnunquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem, posse per nimiam virtutem nominis Jesu etiam hæc fieri? ¹Idcircoque debet invocatio hæc nominis Jesu quasi initium quoddam mysterii Dominici commune nobis et ceteris omnibus accipi, quod possit postmodum residuis rebus impleri, alias non profutura ²talis invocatio cum sola permanserit. Quia post mortem ejusmodi hominis non potest ei quicquam omnino adjici vel suppleri, aut in aliquo prodesse in die iudicii, cum illa a Domino nostro quæ supra memoravimus cœperint exprobrari; qui tamen universi hodie, ut sibi his modis subveniant quibus supra ostendimus, non possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi.

VIII. Sed ad hæc ut soles contradices, opponendo nobis, tunc cum baptizarentur, integre ac recte discipulos, ac non ut hos hæreticos, esse baptizatos, quod ex persona ipsorum, et ejus qui baptizavit illos, sumas necesse est: et ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum Domini respondemus; sed sicuti compellimur, quia necesse est; ubi et quando et quemadmodum unicuique nostrum salus sit præstita, rationibus ³investigamus.

¹ Idcircoque] Vulgo *idcirco quæ*. Correxerit locum Gallandius.

² For. tali invocatione.

³ For. investigamus.

Namque natum esse Dominum nostrum, et Christum esse eum, multis rationibus a discipulis ejus non immerito credi videbatur, quod ex tribu Juda, quod ex genere David, quodque in civitate Bethleem fuisset natus; et quod pastoribus ab angelis, quoniam salvator illis natus esset, eodem momento fuisset annuntiatus; quod in oriente visa ejus stella sollicitissime fuisset a magis requisitus et adoratus, et illustribus donis et insignibus muneribus honoratus; quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus prudenter et cum admiratione omnium disputasset; quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cœlis apertis descensione Spiritus sancti, et super eum mansione, testimonio etiam Patris sui, itemque Joannis Baptistæ fuisset clarificatus; quod supra humanam mediocritatem corda et cogitationes universorum intelligeret; quod languores et vitia et valetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret; quod remissiones peccatorum cum evidenti probatione præstaret; quod dæmonia jussu expelleret, quod leprosos verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo convivium nuptiale admirabili lætitia amplificaret; quod cæcis visionem restitueret aut indulgeret; quod doctrinam Patris cum omni fiducia assereret; quod in loco deserto de quinque panibus quinque millia hominum saturaret; quod reliquiæ atque buccellæ plusquam duodecim cophinos implerent; quod mortuos pro sua pietate passim suscitaret; quod ventis et mari ut quiescerent imperaret; quod super mare pedibus ambularet; quod virtutes omnes omnino perficeret. Quibus rebus et hujuscemodi compluribus factis ad claritatem ejus pertinentibus consequens esse videbatur, ut, quemadmo-

dum Judæi de Christo sentiunt, quod tamen de Jesu Christo Domino nostro non credunt, ¹ut etiam ipsi existimarent, ut talis et tantus nulla obita morte in æternum ²perseveret, et regnum Israel et totius orbis in perpetuum, quod non ³corriperetur, possideret. Unde etiam Judæi ausi fuerunt eum rapere et in regnum unguere, quod quidem necesse habuit ille ⁴superfugere; ac propterea discipuli ejus arbitrabantur, quod nulla alia ratione vitam æternam his præstaturus esset, nisi primum ipse vitam hanc temporalem cum illa æterna in se ipso continuasset. Denique cum conversarentur in Galilæa, dixit eis Jesus, *Incipit filius hominis tradi in manus hominum et interficient eum, et post triduum resurget; et contristati sunt nimis, quia sicuti diximus longe diversum prius animis ac mente conceperant. Denique hic fuit etiam Judæorum sermo contradictionis adversus eum, ⁵cum se ipse quidem doceret eos, et futura annuntiaret; illi autem dicerent, Nos audivimus a lege quia Chris-*

Marc. ix.
31.

Joan. xii.
34.

¹ ut] Delendum.

² perseveret] For. scribendum, *perseveraret*.

³ corriperetur] Puto legendum esse *corrumperetur*. BALUZ.

⁴ superfugere] Hoc certe magis Deo convenit, quam subterfugere. RIGALTIVS.

⁵ cum se ipse quidem doceret] Docebat se Christus, docens se esse natum hominem, crucifixum. sepultum, postea vero surrexisse ac revixisse. Nam totum illud, Homo Christi, sive Corpus et Sanguis Christi, Caro Christi, Crux Christi, ac denique omne illud quod pro nobis in homine suo, conversatus nobiscum, fecit dixitque Christus est: historia Corporis et crucis Christi, Christus est. Eam qui sciunt Christum sciunt. qui gesta et mandata Christi animo suo, corde suo, mente sua, bene ac fideliter continent, Christum in se habent. in illis vivit Christus, et vivunt in Christo: Christum sciunt, ut Tertullianus dixit, *Alexandrum qui sciunt*, de iis qui Alexandri vitam sive historiam scirent. RIGALT.

tus manet in æternum, et quomodo tu dicis, quia ex altari oportet filium hominis? Itaque fuit discipulorum eadem hæc præsumptio de Christo, prorumpente in istum sermonem incredulitatis suæ Petro ipso duce ac principe apostolorum. Cum enim a Domino simul cum ceteris fuisset interrogatus quidnam sentiret de ipso, id est, quem esse eum existimaret, et primo veritatem confessus fuisset, dicens esse eum Christum filium Dei vivi, et propterea beatus ab illo iudicatus esset, quod hoc non carnaliter, sed per Patris cœlestis revelationem adsecutus esset: idem tamen, ubi cœpit Jesus ostendere discipulis suis quia oporteret illum Hierosolymam ire et multa Math. xvi. 21. et seq. pati a senioribus et sacerdotibus et scribis et interfici et post diem tertium resurgere, nihilominus ille verus Christi confessor post pauculos dies assumpto eo cœpit illum corripere dicens, ¹*Propitius sit tibi,* Math. xvi. 22, 23. *non erit istud:* ita ut propterea audire a Domino commenerit, *Vade post me Satanas, scandalum mihi es,* ob hoc quod non saperet ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum. Quæ increpatio adversus Petrum magis magisque eluxit adprehenso Christo, cum a muliercula conterritus diceret, *Nescio quid dicas,* Math. xxvi. 70. et seq. ²*neque novi te;* et iterum cum hoc idem diceret adhibito jurejurando et tertio ³devotans et jurans adfirmaret, quoniam non nosset hominem, et non semel

¹ *Propitius sit tibi]* Comparative dictum videtur, Propitiora tibi adveniant. quasi fatum suum Christus narrasset discipulis. RIGALTIIUS.

² *neque novi te]* Cl. Sabbatius in Notis ad *Vers. Vet. Italic.* "Anonym. De Rebapt. ap. Cypr. forte e Marco xiv. 68. *Nescio quod dicas, neque novi te,*" vol. I. pag. 169. Quod ad S. Marcum, apud eum Græce legitur, *ὄκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις.*

³ devotans] Tertullianus dixit, *devotamenta.* RIGALTIIUS.

LUC. xxiv.
19. et seq.

sed sæpius eum ¹negasset. Quod consilium ei quoniam usque ad passionem Domini perseveraturum erat, multo prius a Domino palam factum est, ut nos quoque id non ignoremus. Denique post resurrectionem Domini unus e discipulis ejus Cleopas cum esset mæstus, secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, ipsi Domino, tanquam alicui ignoto referens quod contigerat, sic locutus est dicens, *De Jesu Nazareno, qui fuit propheta potens in factis et dictis in conspectu Dei et universi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis et cruci eum fixerunt: Nos autem sperabamus quod ipse erat redempturus Israel.* Juxta quæ, omnes quoque discipuli adseverationem quoque mulierum, quæ post resurrectionem viderant Dominum, judicaverunt deliramenta, et quidam ipsorum viso eo non crediderunt, sed dubitaverunt; quique tunc non interfuerunt, omnino non crediderunt, nisi postmodum ab ipso Domino omnibus modis fuissent objurgati atque increpati. Quoniam mors eos ita offenderat, ut putarent eum non resurrexisse, quem crediderant mori non debuisse; quia contra opinionem ipsorum semel mortuus fuisset. Itaque quod ad ipsos discipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis quibus retulimus inveniuntur; et quod multo gravius est, sicut in

Joan. iv. 2. Evangelio cata Joannem scriptum est, etiam alios baptizabant.

IX. Præterea, quid dicturus es de his, qui ²plerumque ab episcopis pessimæ conversationis baptizantur; qui tamen tandem, cum Deus voluerit, in

¹ For. negaret.

² plerumque] Valet itidem apud alios auctores *sæpe*.

sceleribus suis convicti, ¹etiam ipso, aut prorsus etiam communicatione privantur? Aut quid statues de eis qui ab episcopis prave sentientibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quando non ad liquidum et integre, vel etiam aliter quam oportet, in traditione sacramenti fuerint locuti; certe aut interrogaverint quid, aut interrogantes a respondentibus audierint quod minime ita interrogari aut responderi debet; quod tamen non valde illam nostram rectam fidem lædat, sed non tam ornate ut tu et composite isti quoque simpliciores homines mysterium fidei tradant. Dicturus es enim utique pro tua singulari diligentia, hos quoque denuo baptizandos esse, cum maxime eis res desit, aut obstet, quo minus inviolabile illud divinum mysterium fidei intemeratum possint accipere. Sed enim, ²virorum optime, reddamus et permittamus virtutibus cœlestibus vires suas, et dignationi divinæ majestatis concedamus operationes proprias, et intelligentes quantum in ea sit emolumentum, libenter ei adquiescamus. Et ideo cum salus nostra in baptismo Spiritus, quod plerumque cum baptismo aquæ conjunctus est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et sollemniter et per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur:

¹ etiam ipso, aut prorsus etiam communicatione privantur] Etiam ipso, scilicet Domino, privantur. quia vel facto suo pessimo Dominum negant, et ad Ethnicos transeunt: aut prorsus etiam ejiciuntur ab ecclesia. RIGALTIVS. Melius hic reposuit Fellus *etiam ipso munere*, sed convenientius cum contiguâ ordine pro *munere* scribendum fuerit.

² virorum optime] Antea legebatur *vivorum*: emendatio facilis et obvia. BALUZ.

aut si a ¹ minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, ²ut aut suppleatur a nobis, ³aut a Domino supplendum reservetur. Si vero ab alienis traditum fuerit, ut potest hoc negotium et ut admittit, corrigatur; quia Spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, fides quoque non solum apud hæreticos, verum etiam apud eos qui in schismate constituti sunt, sana esse non possit; ⁴idcircoque pœnitentiam agentibus correctisque, per doctrinam veritatis et per fidem ipsorum, quæ postea emendata est, purificato corde eorum, tantummodo baptismate spiritali, id est manus impositione episcopi, et Spiritus sancti subministratione subveniri debeat. *Signum* quoque *fidei* integrum hoc modo et hac ratione tradi in ecclesia merito consuevit; ne invocatio nominis Jesu, quæ aboleri non potest, contemptui a nobis videatur habita; quod utique non oportet; quamquam talis invocatio, si nihil eorum quæ memoravimus secutum fuerit, ab operatione salutis cesset ac vacet; dicente enim Apostolo, unum esse baptismata necesse est, invocatione nominis Jesu perseverante, quia non potest a quoquam hominum quæ semel invocata est auferri. Si eam contra decretum apostolorum geminare ausi fuerimus, nimietate præstandi, immo superaddendi bap-

¹ a minore clero] Presbytero, diacono, per necessitatem scilicet. RIGALTIVS.

² ut aut suppleatur a nobis] Si reualescat ægrotus. RIGALTIVS. Et hinc colligitur auctoris episcopatus.

³ aut a Domino supplendum reservetur] Judicaturus vivos et mortuos. RIGALTIVS.

⁴ idcircoque] Recte repositum pro idcirco quæ a Gallandio, ut supra p. 306. Vid. et infra.

tismatis studio; si ille qui ad Ecclesiam revertitur noluit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eum, quem putamus defraudandum non esse baptismate aquæ.

X. Quid autem statures in personam ejus verbum audientis, qui forte adprehensus in nomine Christi statim confessus, ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei, ¹fuerit punitus? Utrum perisse eum pronuntiabis, quia non est aqua baptizatus; an vero aliquid extrinsecus patrocinari ei ad salutem existimabis, licet non sit aqua baptizatus? Quod perisse eum existimabis, obviam tibi veniet sententia Domini dicentis, *Quicumque me confessus fuerit coram* ^{Matth. x.} *hominibus, confitebor illum et ego coram Patre meo* ^{32.} *qui in cælis est.* Quia nihil interest utrum hic ²verbum audiens, an fidelis sit qui confitetur Domino, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet, confiteatur; quia Dominus pari vice confitendo et ipse confessorem suum apud Patrem honore eum martyrii sui, ut pollicitus est, exornet. Quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam hæreticus aliquis, qui tamen ipsum Christum negat, confiteri; quia in alium Christum credit, ³cum Christus confiteatur, quod ei prod esse minime possit; ⁴si quidem Dominus non seipsum in confessionem a nobis coram

¹ fuerit punitus] Occisus pro nomine. RIGALT.

² verbum audiens] Catechumenus. RIGALT.

³ cum Christus confiteatur] For. scribendum, cum Christum confitetur.

⁴ si quidem Dominus non seipsum] Legendum, *Dominus noster*, aut certe delenda est negandi particula. Etenim dixit Dominus, *Qui me confessus fuerit.* RIGALT. Legere malim, *siquidem Dominus non alium, sed seipsum.*

hominibus deduci oportere dixit; quod sine ipso, et sine venerando nomine ejus non potest fieri. Et ideo integrum ac sincerum et incontaminatum et inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo dilectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator, perfectusque Christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum confiteri non timuit. Nec est hoc contrarium superiori tractatui; quia illic quidem tempus superat ad corrigenda quæ ¹multa vel prava sunt; et quoniam quædam concessa sunt ²ipsi tantummodo nomini Domini nostri; martyrium autem non nisi in ipso et per ipsum Dominum possit consummari. Et ideo neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri, neque nomen Christi sine ipso Christo ad confessionem cuiquam possit patrocinari.

XI. Quapropter totus discernendus est tractatus hic, ut possit manifestior fieri. Namque invocatio nominis Jesu ideo tantum patrocinari potest, si rite suppleta postea fuerit; quia et prophetæ et apostoli ita prædicaverunt. Ait enim Jacobus in Actis Apostolorum, *Viri fratres, audite, Simon exposuit quemadmodum primum Deus visitaverit accipere ex gentibus populum nomini suo; et huic consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est, Post hæc revertar, et reædificabo tabernaculum illud David quod cecidit, et quæ demolita sunt ejus reædificabo, et denuo erigam illud, uti exquirant residui hominum Deum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum super*

Act. xv. 14.
et seq.

¹ multa] Reponendum est *mutila*. BALUZ.

² ipsi tantummodo nomini Domini nostri] H. e. soli ac nude invocationi Divini nominis in baptismo dato cum ab aliis tum ab hæreticis.

eas, dicit Dominus faciens hæc. Itaque et residui hominum, id est quidam Judæorum, et omnes gentes *super quas invocatum est nomen Domini*, possunt et necesse habent requirere Dominum; quia ipsa invocatio nominis præbet eis occasionem, vel etiam imponit necessitatem requirendi Dominum. Cum quibus ¹præcipiunt scripturas sanctas, sive universas, sive quasdam, tamen audentius de veritate tractare, quam cum gentibus super quas non est invocatum nomen Domini, id est Christi Jesu filii Dei vivi. sicuti nec super Judæos, qui veteres tantum scripturas recipiunt. Et ideo utriusque hujus generis homines, id est Judæi et gentiles, plene ut oportet credentes pari modo baptizantur; hæretici vero jam baptizati aqua in nomine Jesu Christi, tantum in Spiritu sancto baptizandi sunt; [²et in Jesu, quod nomen solum datum est sub cœlo in quo oporteat salvos fieri nos, merito mors contemnitur.] Quoniam si sic perseverent, salvi esse non possunt quia non requisiverunt Dominum post invocationem nominis ejus super eos; sicut et illi ³qui in eos Christus qui forte credere noluerunt, de quibus Dominus ait, *Cavete ne quis vos in errorem inducat. multi enim venient* Matth. xxiv. 4-7. *in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, et multos* Ibid. 23.24. *in errorem inducent.* Et iterum ait, *Tunc si qui*

¹ præcipiunt] An exponendum est, *præcipi solet?*

² et in Jesu——contemnitur] Verba quæ uncis inclusi, ad alium locum pertinuisse videntur. Certe aliena sunt, unde unde advecta, ab isto loco.

³ qui in eos Christus qui forte credere noluerunt] Angli legendum esse monuerunt, *qui ob pseudo-Christos, forte credere noluerunt.* BALUZ. Reponendum mihi quidem videtur, *qui in eos Christos forte credere voluerunt.*

dixerit vobis, Ecce hic Christus, aut hic, nolite credere. Surgent enim pseudo-Christi et pseudo-Prophetæ, et dabunt signa magna et portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam electi. Quas virtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient. In quo nomine videntur quidam etiam modo quasdam virtutes facere, et falso prophetare; sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere; quemadmodum etiam si quis desciscat a Christo inhærens solo nomini ejus; qui non multum adjuvatur, immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut justissimus, aut clerico aliquo honoratus, aut confessionis dignitate præditus. Hi enim omnes negando verum Christum, introducendo aut sequendo alium, cum sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt. Non aliter quam illi, qui coram hominibus negaverunt Christum; quos negari necesse est a Christo, non habita ulla ratione ipsorum ex præcedenti conversatione eorum aut sensu aut dignitate; proinde atque ipsi ausi sunt Christum, id est salutem suam abrogare, damnati per hujusmodi clausulam, quia manifestissime a Domino dictum est, *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo eum et ego coram Patre meo qui in cælis est.* Ut verbum hoc, *Quicumque*, etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat, quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, licet negator ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens, aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei con-

Matth. x.
33.

¹ clerico aliquo honoratus] Nempe, episcopo, presbytero, diacono.

versus, vel ab ecclesia digressus ac postea reversus sit, et tunc cum rediret, priusquam ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus confiteri Christum coram hominibus necesse habuerit; sicut iterum neganti Christum nulla propria vetus dignitas potest ad salutem patrocinari. ¹Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, in illo quis nostrum judicari necesse habebit, abolitis et oblitteratis omnibus quæ prius gessit. Et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis, ut in re perquam veloci possint mutari universa, nemo sibi blandiatur, qui occasionem amiserit gloriosæ salutis, si forte se ab ea excluserit propria sua culpa. Sicuti et illa uxor Loth, quæ similiter in angustiis rerum contra præceptum angelorum, tantummodo post se respexit, et tumulus salis facta est. Qua ratione etiam ille hæreticus qui confitendo Christi nomen trucidatur, nihil postea potest corrigere, si quid de Deo aut de Christo male senserit, cum in alium Deum, vel in alium Christum credendo semetipsum fefellit, confessor non Christi, ²sed solitario Christi nomine; quando et Apostolus consequenter dicat: *Et si corpus meum tradidero, ita ut* ^{1 Cor. xiii. 3.} *carur igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* Quia hoc facto nihil proficit qui non habet dilectionem ejus Dei et Christi, qui per legem et prophetas et in evangelio in hoc modo prædicatur, *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in* ^{Deut. vi. 5.}

¹ Quodcumque enim in homine ultimum] *Quocumque* legendum conjecit Gallandius, sed sine causa, opinor.

² sed solitario Christi nomine] An, sed solitarii Christi nominis?

- Matth. xxii. *tota anima tua, et in tota cogitatione tua. et, Diliges*
 37—40. *proximum tibi tanquam te. In his enim duobus præ-*
ceptis tota lex pendet et prophetæ. Sicut et Joannes
 1 Joan. iv. *evangelista dicit, Et omnis qui diligit ex Deo natus*
 7, 8. *est, et cognoscit Deum quia Deus dilectio est. Sicuti*
 Joan. iii. 16. *et Deus ait, Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium*
suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet,
non periret, sed haberet vitam æternam. Ut mani-
feste apparet eum, qui hanc diligendi nos et dili-
gendi a nobis dilectionem in se non habeat, inani
confessione et passione nihil proficere. ¹quam ut
ipsa apparet et constat hæreticum esse, qui in alium
Deum credat, sive Christum alium accipiat, quam
quem Scripturæ novi et veteris testamenti manifeste
prædicant, quæ patrem omnipotentem creatorem om-
nium et filium ejus sine obscuritate annuntiant.
Eveniet enim eis ut alii ab alio Deo salutem ²expect-
tanti, tunc demum contra opinionem suam a Christo
Dei patris omnipotentis creatoris filio, quem blasphemaverunt,
in pœnam æternam damnentur, cum judicare Deus cœperit absconsa hominum, secundum
 Rom. ii. 16. *evangelium per Christum Jesum, eo quod in ipsum*
non crediderint; licet ipsius nomine abluti sint.

¹ quam ut ipsa apparet] Rigaltius censuit ita emendandum esse hunc locum ut legatur *nihil proficere quam ut ipsum appareat et constet hæreticum esse. Ego conjicerem legendum esse quoniam re ipsa apparet et constat. BALUZ.* Abesse mihi quidem videtur membrum orationis præscribens, nil lucri facturum esse hæreticum ex confessione Christi, cum constaret, ut alteri deficit dilectio, ita et alteri deesse fidem. Porro fortasse scribendum est, *quam et ipsum apparet* pro *quam ut ipsa apparet.* Sed supra pro illo, *ut manifeste apparet* posuit Baluzius *ut manifeste appareret.*

² expectanti] For. *expectantes.*

XII. Et usque adeo omne illud hæreticorum baptismum intercedente aliquo intervallo temporis corrigi potest, si quis supervixerit et fidem correxerit, ¹ut Deum nostrum in Evangelio secundum Lucam ad discipulos suos locutus est dicens, *Habeo autem aliud* Luc. xii. 50. *baptisma baptizari*. Item secundum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione ²dixerit, *Potestis bibere* Marc. x. *calicem quem ego bibo, aut baptismate quo ego baptizor* ³⁸. *baptizari?* quod sciret homines non solum aqua, verum etiam sanguine suo proprio habere baptizari; ita ut et solo hoc baptismate baptizati fidem integram et dilectionem sinceram lavaeri possint adipisci; et utroque modo baptizari; æque tamen unum baptismum ³salutis et honoris pariter et æqualiter consequi. Quod enim dictum est a Domino, *Habeo* Luc. xii. 50. *aliud baptismum baptizari*, hoc in loco non ut secundum baptismum, ac si sint duo baptismata, significat: sed alterius quoque speciei baptismum ad eandem salutem concurrens donatum nobis esse demonstrat. ⁴Quas utrasque species ab ipso Domino nostro primum initiari et sanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra, sive utraque species, unum hoc

¹ ut Deum nostrum in Evangelio] Legendum monet Fellus, *ut Deum agnoscat qui in E.* Baluzius vero, *ut Deus noster.* Malim ego scribere, *ut Dominus noster in E.*

² dixerit] Cor. dixit.

³ salutis et honoris] Etenim martyrii baptismate non solum salus æternæ vitæ, sed et corona datur. RIGALT.

⁴ Quas utrasque species] Nimirum ante baptismum Christi aquæ non laverant: ante crucem Christi, sanguis non laverat. quod utrobique accipiendum est de vi ac virtute spiritali, sive deifica. Sed improprie dici videtur a Christo ministrari aquæ baptismum, cum ipsi Christo ab Joanne sit ministratum. Inde nata varietas scripturæ *initiari*, pro *ministrari*. Etsi hoc ferri quidem possit. RIGALT.

duplex salutiferum atque honorificum baptisma præstaret; et viæ quædam unius baptismatis sic nobis patefierent, ut aliquando impune aliqua illarum deesset, sicut in verbum audientibus martyribus impune aquæ baptisma deest; quos tamen certi sumus, ¹si quid laxamenti habeant, etiam aqua solitos baptizari. Itemque illis ²qui legitimi sunt fideles effecti, impune deest baptisma sanguinis proprii; quia baptizati in nomine Christi redempti sunt pretiosissimo sanguine Domini, cum utraque hæc ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptismatis Domini, ut omnis qui sitit veniat et bibat, sicut Scriptura dicit, *Flumina de ventre ejus currebant aquæ vivæ*. Quæ flumina primum apparuerunt in Domini passione, cum de latere perforato lancea militari sanguis et aqua manavit; ut emitteret duo flumina diversæ speciei sed tamen ³ejusdem ac singulare latus, ita ut impleatur Spiritu sancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. Hæc enim de fluminibus his loquens ostendebat Dominus significans Spiritum sanctum quem accepturi essent qui credituri erant in illum; ⁴*nondum autem erat Spiritus, quia*

Joan. vii.
38.

Joan. vii.
39.

¹ si quid laxamenti habeant] Si necessitas discriminis imminens aliquid laxaverit, aliquid temporis indulserit, quod Cyprianus amat dicere, *commecat*, et moram in seculo tantisper adhuc manendi. RIGALT.

² qui legitimi sunt fideles effecti] Baptismate in ecclesia rite suscepto. RIGALT. An pro *legitimi legitime* scribendum est?

³ ejusdem] For. *idem*.

⁴ *nondum autem erat Spiritus*] In Evangelio Joannis in editione vulgata legitur *Spiritus datus*. Sed hanc ultimam vocem non extare in Græco et subintelligendam esse jam monuerunt viri docti. Quamquam sunt aliqui qui putant illam esse non necessariam. BALUZ.

Jesus nondum erat clarificatus. ¹Igitur dicens quemadmodum generari potest baptisma, quod Apostolus unum esse prædicat: utique manifestum est illa ratione, ²quia diversæ sunt species unius atque ejusdem baptismatis ex uno vulnere profluentis in aquam et sanguinem. cum illic duo sint, de quibus locuti sumus, ³baptismata aquæ, id est unius atque ejusdem species, cum unum esse debeat baptisma uniuscujusque species, sicut plenius sumus locuti.

XIII. Et quoniam videmur omne baptisma spiritale trifariam divisisse, veniamus etiam ad probationem narrationis propositæ, ne videamur proprio sensu et temere hoc fecisse. Ait enim Joannes de Domino nostro in epistola sua nos docens, *Hic est qui venit* ^{Joan. vi. 6—8.} *per aquam et sanguinem Jesus Christus. non in aqua tantum, sed in aqua et sanguine. Et Spiritus est qui testimonium perhibet,* ⁴*quia Spiritus est veritas.* ⁵*quia*

¹ Igitur dicens quemadmodum generari potest baptisma] For. scribendum est, *Igitur dicente te quemadmodum geminari potest baptisma?*

² quia diversæ sunt species] For. legendum qua.

³ baptismata aquæ] For. legendum, *baptismata aquæ et sanguinis.*

⁴ *quia Spiritus est veritas*] Sic textus Græcus: τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Eandemque lectionem exhibet S. Ambrosius lib. 3. *de Spirit. sanct.* cap. 10. cum 67. At cum vulgata quæ legit, *Christus est veritas* consentiunt alii ferme omnes Latini Patres. GALLANDI.

⁵ *quia tres testimonium perhibent*] Locum integrum anonymi hujus auctoris qui comma *octavum* Joanneum conjunctum cum *sexto* in suo exemplari legisse videtur excutit R. P. de Rubeis V. C. in *Dissert. de tribus in celo Testib.* pag. 76. Quod quidem argumentum præ ceteris diligentissime pertractasse comperitur eruditissimus Soucietus contra Simonium *Remarq. sur la Critiq. de la Biblioth. des Aut. eccl.* tom. 2. pag. 575—628. GALLANDI. En celebrem pericopen in capite quinto primæ epistolæ Joannis,

tres testimonium perhibent, Spiritus et Aqua et Sanguis. Et isti tres in unum sunt. Ut ex illis colligamus, et aquam præstare Spiritum solitam, et sanguinem proprium hominibus præstare Spiritum solitum, et ipsum quoque Spiritum præstare Spiritum solitum. Nam cum effundatur aqua sicuti et sanguis, Spiritus etiam effusus sit a Domino super omnes qui crediderunt; utique et aqua, et nihilominus proprio sanguine; tunc deinde et Spiritu sancto possunt homines baptizari. Ait enim Petrus. Sed hoc est quod dictum est per prophetam. Erit in novissimis diebus dicit Dominus, Effundam Spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii eorum et filiae eorum. et juvenes visiones videbunt, et seniores somnia somniabunt. Et quidem super servos et super ancillas effundam de Spiritu meo. Quem Spiritum in veteri Testamento, non quidem passim, nec effuse, sed communicatum cum aliis, aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines, vel induisse eos vel fuisse super eos deprehendimus. sicuti Moysi de septuaginta pres-

Act. ii. 17
et seq.

Num. xi. 17.

qualis sine interpolatione in sæculo quarto vel quinto apud Africam apparebat; quin et ad verbum consentiens cum contextu Græco ad codices MSS. nunc emendato. Certe additamenti in terris nullum hic vestigium est.

¹ aquam præstare Spiritum solitam] *Spiritum* se supplevisse ex certa emendatione viri eruditi, quem supra laudaverat, ait Baluzius.

² ab alio] An legendum *ab alto*? Confer hunc Scripturæ locum.

castris, quod Moyses ut homo spiritalis ita contigisse gaudebat; licet ab Jesu filio Nave, ut huic rei intercederet, invito suadebatur; et idcirco ¹ non fuisse permotus. Porro autem in libro Judicum, item in Regnorum libris animadvertimus super plerosque aut fuisse Spiritum Domini, aut insiluisse in eos, tanquam super Gothoniel, Gedeon, Jephthe, Sampson, Saul, David, et ceteros alios. Quod usque adeo ita se habet, ut Spiritus sancti sponte accedendi ² ab eis libertatem ac facultatem manifestissime nos Dominus docuerit, dicens, *Spiritus ubi vult spirat, et vocem* Joan. iii. 8. *ejus audis, et nescis unde veniat aut quo vadat.* ita ut idem Spiritus etiam super indignos quoque sui nunquam inveniatur esse. Non utique otiose, nec sine ratione, sed necessariae alicujus operationis gratia, sicuti super Saul fuit, super quem factus est Spiritus Dei et prophetavit; quamquam posteriore tempore, postquam recessit ab eo Spiritus Domini, et postquam angebat eum spiritus malignus a Domino, quoniam tunc ad ³ hoc postremus venerat, post nuntios quos ante assidue præmiserat, ut interficeret David; qui idcirco inciderunt in chorum propheta- Reg. i. 16. rum et prophetaverunt, ne id quod jussi fuerant perficere possent aut vellent; quod admirabili ratione per voluntatem Dei Spiritum qui super omnes illos fuit credimus operatum esse. Qui Spiritus implevit etiam Joannem Baptistam adhuc ab utero matris Luc. i. 15. suæ, et incubuit super eos, qui cum Cornelio centurione erant priusquam baptizarentur aqua. Act. x. 44. Ita dum cohæret baptismati hominum Spiritus sanctus, aut antecedit aut sequitur; vel cessante baptismo

¹ non fuisse permotus] For. scribendum *fuit*.

² ab eis] For. *ad eos*.

³ ad hoc] For. *ad hunc*.

aquæ incumbit super eos qui credunt; ¹ dat nobis consilium, quod aut ex integro rite baptismum observare, aut forte dato a quocumque in nomine Jesu baptismate, supplere id debeamus custodita nominis Jesu Christi, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima invocatione; custodita præterea tanti temporis, tot virorum, veneranda nobis consuetudine et auctoritate.

XIV. Quoniam autem prima pars disputationis hujus videtur explicata, etiam sequentem ejus propter hæreticos debemus attingere; quia perquam necessarium est eum tractarum qui ² semel in manus incidit non præterire, ne forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus aliquis hæreticorum versutia sua audeat attentare. Nam quia Joannes dixit nos baptizandos esse in spiritu et igni, eo quod addiderit dicens, et igni, idcirco quidam desperati homines ausi sunt usquequaque pravitatem suam porrigere, et propterea homines versutissimi quærent quomodo sanctitatis baptismum ita corrumpant ac violent, ut etiam evacuent, qui originem jam exinde trahunt ³ a Simone mago, multiformi perversitate per varios errores eam exercentes. Cui Simoni Petrus in Actis Apostolorum dixit, *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gratiam Christi existimasti per pecunias posse ⁴ possidere. Non est tibi portio neque sors in sermone hoc. cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Et agunt isti hæc omnia, dum fallere cupiunt eos qui sunt simpliciores aut curiosiores; et tentant nonnulli

Acts viii.
20.

¹ dat] For. dans.

² semel] For. *simul*.

³ a Simone mago, multiformi perversitate] For. scribendum, a Simonis magi multiformi p.

⁴ *possideri* reposuit Baluzius. Sed versio Itala videnda est.

illorum tractare, se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum et decurtatum, baptisma tradere; quod taliter dicuntur adsignare, ut quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. Quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique hujusmodi lusus ¹Anaxilai esse, sive naturale quid est, quo pacto possit hoc contingere, sive illi putant hoc se conspicere, sive maligni opus et magicum virus ignem potest in aqua exprimere: illi tamen talem fallaciam et stropham prædicant perfectum baptisma esse, quod fideles homines, si coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amisisse; perinde ac si quis sacramento miles dicto desertis suis castris, in hostium diversissimis castris longe aliud sacramentum velit dicere; hac ratione constat eum veteri sacramento exauctoratum esse. Item si hujusmodi homo rursus ad te redeat, ²utique hæsitabis utrum habeat baptisma nec ne, et tamen oportebit te huic quoque pœnitentiam agenti quibuscumque modis potueris subvenire. Est autem adulterini hujus, immo internecini baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur ³Pauli prædicatio. In quo

¹ Anaxilai] Plinius lib. 35. ubi de sulphure, Lusit et Anaxilaus eo, condens in calice novo, prunaque subdita circumferens, exardescens percussu pallorem dirum, velut defunctorum, effundente conviviis. RIGALT. scil. cap. 50. An Plinio reponendum est *convivis pro convivis?*

² utique hæsitabis utrum habeat baptisma nec ne] Conferenda est S. Dionysii Alex. Epistola ad S. Sextum Romanum apud Eusebium *Hist. Eccl.* vii. 9.

³ Pauli prædicatio] Ita vetus codex, Rigaltius posuit *Petri*, quia hujusce scripti meminerunt Eusebius et Hieronymus in libro de

libro contra omnes scripturas, et de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, et ad accipiendum Joannis baptisma pene invitum a matre sua Maria esse compulsus. Item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum; quod in evangelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora, Petrum et Paulum, post conlationem evangelii in Hierusalem et mutuam ¹cogitationem et altercationem et rerum agendarum dispositionem, postremo in Urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos. Et quædam alia hujusmodi absurde ac turpiter conficta; quæ omnia in illum librum invenies congesta. Qui autem non ignorant Spiritus sancti

Scriptoribus ecclesiasticis. Angli reposuerunt nomen Pauli, et id quidem recte. Etenim quamvis observatio Rigaltii bona sit, nihil mutare oportuit, ut recognovit ipse Rigaltius in indice errorum. De actibus Pauli vide quæ notantur in historia Ecclesiastica Joannis Clerici ad annum Christi 69. §. 3. BALUZ. Ita vetus codex Remensis, teste Rigaltio, qui tamen Petri nomen reposuit; eamque lectionem Rigaltianam retinuit in textu Baluzius, licet aliter sentiat in notis. Codicis scripturam præstiterunt quoque Oxonienses. Et recte quidem, nam auctor anonymus non erravit, ut putarunt Rigaltius et Baluzius, *Paulli* prædicationem collaudans. Siquidem ex Clemente Al. *Strom.* lib. vi. p. 639. et ex Lactantio *Divin. Instit.* lib. iv. cap. xxi. discimus, Petri et Paulli prædicationem unum idemque scriptum fuisse, quod modo sub alterutrius, modo sub utriusque nomine circumfertur. Digna sunt qua proferantur, verba Lactantii. *Magister Deus*, inquit, *discedens—* futura aperuit illis omnia, quæ Petrus et Paullus Romæ prædicaverant: et ea PRÆDICATIO in memoriam scripta permansit. Quæ sane maxime consona iis perhibebentur, quæ heic statim subdit noster anonymus. GALLANDI. In Baluzii textu extat *Petri Prædicatio*, improbante ipso Baluzio, dum in textu Rigaltiano *Pauli* nomen ex codice MS. recte repræsentatum est, gestiente tamen id mutare Rigaltio.

¹ cogitationem et] Addidit hæc Baluzius. An reponendum est, et mutuam cogitationum altercationem?

qualitatem, intelligunt quod dictum est de igni, de ipso Spiritu dictum esse. Nam in Actis Apostolorum secundum hanc eandem promissionem Domini nostri, ipso die Pentecostes cum descendisset Spiritus sanctus super discipulos, ut in illo baptizarentur, visæ sunt insidentes super singulos linguæ quasi ignis, ut constaret eos Spiritu sancto et in igne baptizatos, hoc est eo spiritu qui esset sive ignis sive quasi ignis. Qualis ignis fuit qui in rubo ardebat et rubum non comburebat; qualisque est ille ignis qui est angelorum spiritus, sicut Scriptura dicit, *Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem.* Cui cum similis aut socius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere; nec illum quidem qui antecedens Domino in die iudicii conflabit totum orbem terræ, absque eis qui baptizati sunt in Spiritu sancto et igni. Et hominibus quidem Spiritus perseverat hodie invisibilis, sicut Dominus dicit, *Spiritus ubi vult spirat, et nescis unde veniat vel quo vadat.* Sed in principio mysterii fidei et spiritalis baptismatis hic idem Spiritus manifeste visus est et super discipulos insedissee quasi ignis; item cœlis apertis descendisse super Domino columbæ¹ similem. Quoniam pleraque, immo pene omnia quæ essent futura, manifesta sunt, quæ tamen modo essent invisibilia, nihilominus nunc quoque oculis et incredulitati hominum vel ex parte, vel aliquando, vel in figura sunt monstrata ad corroborandam et confirmandam fidem nostram. Sed nec illud omiserim quod evangelium merito prædicat. Ait enim paralytico Dominus noster, *Bono animo esto fili, dimittuntur tibi peccata;* ut ostenderet fide mundari corda².

¹ similem] For. similis.

² incredulitati] For. credulitati.

ad remissionem peccatorum consequendam. Quam remissionem peccatorum consecuta est illa quæ erat
 Luc. vii. 48. mulier peccatrix in civitate; cui Dominus ait, *Dimittuntur tibi peccata*. Et cum cœpissent qui simul discumbebant apud semetipsos dicere, *Quis est hic qui peccata dimittit?* quod et circa paralyticum acerbius Scribæ et Pharisæi obmurmuraverant; ait
 Luc. ibid. 50. ad mulierem Dominus, *Fides tua te salvam fecit; vade in pace*. Ex quibus universis ostenditur, fide emundari corda, Spiritu autem ablui animas; porro autem per aquam lavacri corpora; sanguine quoque festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia.

XV. Puto nos plene exsecutos prædicationem Baptistæ Joannis, unde sermonem sumus exorsi, qui dixit
 Luc. iii. 16. ad Judæos, *Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam; qui autem post me venit, fortior me est, cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calciamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*. Arbitror autem et Apostoli Joannis doctrinam nos non
 1 Joan. v. 8. inepte disposuisse, qui ait, *Quia tres testimonium perhibent, Spiritus et Aqua et Sanguis; et isti tres ¹ unum sunt*. Nisi fallor autem etiam illud explanavimus
 Act. v. et xi. quod Dominus noster ait, *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*. Præterea existimo nos non infirmam ² rationem reddidisse consuetudinis causam. Tueamur tamen, etsi posteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo præsentem altercationem suscitare. Quanquam hæc consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes et humiles præcipuum locum obtineré.

¹ unum sunt] Sed conferas locum supra p. 322.

² rationem] For. ratione.

SYMBOLUM
AQUILEIENSE.

¹ ECCLESIAE AQUILEIENSIS,
REFERENTE ²RUFINO AQUILEIENSI,
³SYMBOLUM.

⁴CREDO in Deo Patre, omnipotenti, ⁵invisibili et impassibili: Et in ⁶Jesu Christo,

NOTÆ.

¹ ECCLESIAE AQUILEIENSIS] Celebris fuit ecclesia Aquileiensis, cujus episcopus Theodorus ante synodum Nicænam in Concilio Arelatensi sedit.

² RUFINO] Rufinus, qui hoc symbolum Aquileiense a majoribus accepit, existente sæculo quarto, vix quinquaginta annos post Concilium Nicænum, S. Hieronymo notus fuit; dum ipsi Rufino notus fuit Paulus Petri Alexandrini, ineunte hoc sæculo martyris, discipulus. Vid. supra vol. IV. p. 22.

³ SYMBOLUM] Pergit Rufinus post principium *Commentarii sui in Symbolum* hæc scribere: *Verum priusquam incipiam de ipsis sermonum (in Symbolo) virtutibus disputare, illud non importune commonendum puto, quod in diversis ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta. In ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum: pro eo arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium; et mos inibi servatur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est, fidelium populo audiente, Symbolum reddere. Et utique adjectionem unius saltem sermonis, eorum, qui præcesserunt in fide, non admittit auditus. In cæteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnul-*

unico Filio ejus, Domino nostro. Qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine; Cru-

los hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur, quem in Aquileiensi ecclesia lavacri gratia suscepimus p. 170. edit. Paris. p. 17. ed. Fell. collatis duobus MSS. Bodl. et Collegii Magdal.

* CREDO in Deo Patre, omnipotenti] Proxime post allata hæc verba scribit Rufinus; *Orientalis ecclesiæ omnes pene ita tradunt, Credo in uno Deo Patre omnipotenti. Et rursum in sequenti sermone, ubi nos dicimus, Et in Christo Jesu unico Filio ejus, Domino nostro, illi tradunt, Et in uno Domino nostro Jesu Christo, unico Filio ejus. p. 171. p. 18. ed. Fell.*

⁵ invisibili et impassibili] Ait Rufinus: *Sciendum quod duo isti sermones in ecclesiæ Romanæ Symbolo non habentur. Constat autem apud nos additos hæreseos causa Sabellii illius profecto, quæ a nostris Patripassiana appellatur, id est, quæ Patrem ipsum vel ex virgine natum dicit, et visibilem factum esse vel passum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addidisse majores, et invisibilem Patrem atque impassibilem dixisse. p. 173. p. 19. ed. Fell. In hujus vero Commentarii novissima editione, quæ fini Baluzianæ editionis S. Cypriani appositæ est, annotavit hæc editor Benedictinus. "Credo in Deo patre omnipotente. Sic tres MSS. codices cum Remb. Erasmi. et Morel. et sic in sequentibus articulis, Christo &c. Pamelius his in locis accusativum posuit, tum quia sic invenit in Frobeniana et in aliis duobus vetustis editionibus, tum quia sic habent tria apud Hieronymum symbola, et sic ipse Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos, uno loco excepto; sic etiam ubique Augustinus. Verum Pamelii rationes probant illud quidem in plerisque Symbolis dici solere, Credo in Deum: at minime probant sic etiam extitisse in Symbolo ecclesiæ Aquileiensis. Quinetiam quo usitatior erat accusativus in Symbolo; eo minus probabile est, librarios vel incuria vel de industria ablativum in hoc Symbolo posuisse. At minime mirum, si cum reperirent ablativum, novitate offensi accusativum inseruerint. Quamobrem codices in quibus legitur Credo in Deo &c. et in Christo &c. et in Spiritu Sancto &c. videntur mihi accuratius consue-*

cifixus sub Pontio Pilato; et Sepultus, ⁷ Descendit ad inferna; Tertia die resurrexit a mortuis; Ascendit ad cœlos, Sedet ad dexteram Patris, Inde venturus est judicare vivos et mortuos: Et in Spiritu Sancto: ⁸ Sanc-

“tudinem ecclesiæ Aquileiense retinere, quam qui accusativum
 “usurpant. Hæc autem Symboli pronuntiandi ratio non videtur ab
 “hac ecclesia adscita sine consilio fuisse, sed ut trium persona-
 “rum Divinarum clarior esset distinctio ab articulis sequentibus,
 “*Sanctam Ecclesiam* &c.” Sic editor Benedictinus. Et, ne dicam, interdum in Commentario suo ita scribere Rufinum, ut in Symbolo ablativos pro accusativis invenisse videatur, constat fere omnes in articulo de Spiritu Sancto, qui finem versus Commentarii positus est, in *Spiritu Sancto* præstare. In codice Magdalenensi prioribus locis casus ablativus servatur, sed fine mutilus est. Contra in codice Bodleiano his quidem locis, perinde atque in principe editione, quæ Oxonii anno 1468, vel saltem 1478, prodiit, accusativi apparent.

⁶ Jesu Christo] Sic bis effertur, semel tantum, *Christo Jesu*. Similiter in Symboli Romani exemplis variatur.

⁷ Descendit ad inferna] Ait Rufinus: *Sciendum sane est, quod in ecclesiæ Romanæ Symbolo non habetur additum, Descendit ad inferna; sed neque in Orientis ecclesiis habetur hic sermo. Vis tamen verbi eadem esse videtur in eo quod Sepultus dicitur.* p. 179. p. 22. ed. Fell.

⁸ Sanctam Ecclesiam] Proxime post perguit ostendere Rufinus, quare præpositio *in* haud addita his Symboli articulis fuerit. Hic vero vocem *catholicam*, quæ post *Ecclesiam* in Rufini editiones irrepererat, recte omisit editor Benedictinus, hac nota adscripta, “Pamelius addit *catholicam* ex Froben. et vet. edit. Hieron. sed deest illa vox in aliis codd. editis et MSS. nec a Ruffino explicatur, ut ipse fatetur Pamelius.” Sic ille, neque extat vox illa in principe editione, de qua supra dixi, etsi in scripto Bodleiano apparet. Cæterum paulo ante hunc et præcedentem Articulum in istac editione Rufini Parisiensi p. 187. positum est istud, *Sicut et in Symbolo dicitur. Et regno ejus non erit finis.* Qui quidem Symboli Constantinopolitani articulus est. Sed vero melius legitur,

tam Ecclesiam; Remissionem peccatorum;
 9 Hujus carnis Resurrectionem.

Ex Rufini *Commentario in Symbolum Collectum*; pagg. 171. 173. 175. 177. 184. 185. 187. 188. 192. vol. I. edit. Paris. *Operum Ruffini* an. 1580.

cum in Pameliana et Fellina, et Benedictina, tum in aliis hujus Commentarii editionibus, *Sicut in Evangelio dicitur, Et regno ejus non erit finis*. Hoc est, apud *S. Lucam*, i. 33. Etenim mentio nulla fit hoc loco vel minimæ discrepantiæ a Romano Symbolo, in quo articulus de regno haud extat; neque idem Aquileiensi Symbolo a nuperis scriptoribus attributus est.

9 Hujus carnis Resurrectionem] Ait Rufinus p. 192. *Et ideo satis caute Ecclesia nostra fidem Symboli docet, quæ in eo quod a cæteris traditur, carnis resurrectionem, uno addito pronomine tradit, Hujus carnis resurrectionem*. Confer p. 293. Cæterum a Symbolo Romano vetere quater discrepat hoc Symbolum Aquileiense; in adjectione ad Dei Patris attributa verborum *invisibilis et impassibilis*, in ponendo *ex Maria Virgine* pro *et Maria Virgine*, in addendo post Christi sepulturam, *Descendit ad inferna*; denique in præpositione pronominis *Hujus* resurrectioni carnis. Sequitur Symboli Romani Exemplum vetustissimum ab Usserio archiepiscopo in *Diatriba de Symbolis* p. 6. prolatum, quod quidem hic a Rufino, et ab aliis auctoribus, firmatur.

CREDO in Deum Patrem omnipotentem; et in Christum Jesum Filium ejus unicum, Dominum nostrum; qui natus est de Spiritu Sancto et Maria Virgine, qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, unde venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritu Sancto; Sancta Ecclesia, remissione peccatorum, carnis resurrectione. Tantum.

TESTIMONIA
DE AUCTORITATE S. SCRIPTURÆ
ANTE-NICÆNA.

TESTIMONIA
DE AUCTORITATE S. SCRIPTURÆ
ANTE-NICÆNA.

MONITUM.

POSUIT ecclesia vetus, si nuperis quibusdam nostris scriptoribus, alios exteros secutis, credis, haud nixam esse S. Scriptura fidem Christianam; nec regulam fidei existimandas Scripturas. Quam rem longe aliter se habere, facile erit ex ejusdem ecclesiae monimentis ostendere. Quo clarius ergo confutetur plena periculi sententia, en tibi Testimonia de auctoritate S. Scripturæ, quæ adhuc in libris primorum Christianorum existentia longo ordine hic procedunt.

PRIMUS omnium S. PETRUS apostolus fine Epistolæ Posterioris scribit:

Καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγείσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος

κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν· ὡς καὶ ἐν πασαις ταῖς Ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων· ἐν οἷς (αἷς eodd. plurimi) ἐστὶ δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἁμαρθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπωλείαν. 2 Pet. iii. 15, 16.

DEINCEPS S. PAULUS, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, in Priori Epistola ad Corinthios ait :

Εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικὸς, ἐπιγινώσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι τοῦ Κυρίου εἰσὶν ἐντολαί· εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖτω. 1 Cor. xiv. 37, 38. Conferas caput secundum, in quo τὴν Θεοπνευστίαν sibi asserit apostolus.

S. JOANNES, vel potius ipse CHRISTUS, in Evangelio :

Ὁ δὲ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατήρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν. Joan. xiv. 26.

S. CLEMENS ROMANUS, in Epistola ad Corinthios :

ἌΝΑΛΑΒΕΤΕ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπόλλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἢ πρόσκλισις ἐκείνη ἦττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. cap. 47. p. 173. edit. Jacobson.

SÆCULUM II.

S. POLYCARPUS.

SCRIBIT S. Polycarpus *Epistola ad Philippenses*; — οὔτε γὰρ ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου· ὃς

γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον· ὃς καὶ ἀπὸν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς, εἰς ἃς εἰς ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομείσθαι ἐς τὴν δοθείσαν ὑμῖν πίστιν. cap. 3. p. 508. edit. Jacobson.

ΠΑΣ γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· (1 *Joan.* iv. 3.) καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί. καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μῆτε ἀνάστασιν μῆτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. *Ibid.* cap. 7. p. 518.

S. IRENÆUS.

Non enim per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos, per quos evangelium pervenit ad nos; quod quidem tunc præconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et columnam fidei nostræ futurum. *Contra Hæreses*, lib. iii. cap. 1. p. 173. ed. Bened. Venet. Tum deinceps ostendit Irenæus, apostolos *indutos supervenientis Spiritus Sancti virtute ex alto perfectam agnitionem habuisse.*

Ἐξ ὧν φανερόν, ὅτι ὁ τῶν ἀπάντων τεχνίτης Λόγος, ὁ καθήμενος ἐπὶ τὸν Χερουβὶμ, καὶ συνέχων τὰ πάντα, φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις, ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ εὐαγγέλιον, ἐνὶ δὲ Πνεύματι συνεχόμενον. *Ibid.* cap. xi. §. 7. p. 190.

Prævidens Spiritus Sanctus depravatores, et præmuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthæum ait; *Christi autem generatio sic erat.* *Ibid.* cap. xvi. §. 2.

— καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν (τῶν ἐωρακότων τὸν Κύριον), καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἂ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει (Polycarpus) καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ,

καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ Λόγου παρεληφῶς ὁ Πολύκαρπος ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς. *Epistola ad Florinum* apud Eusebium *Hist. Eccl.* v. 20. p. 360. edit. Burtoni.

S. THEOPHILUS ANTIOCHENUS.

— ὅθεν διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγαι γραφαὶ, καὶ πάντες οἱ πνευματοφόροι, ἐξ ὧν Ἰωάννης λέγει, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. *Ad Autolyicum*, lib. ii. cap. 22. edit. Benedictin.

Ἔτι μὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἧς ὁ νόμος εἴρηκεν, ἀκόλουθα εὐρίσκονται καὶ τὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἐν πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι. *Ad Autolyicum* cap. 12. libri iii. cap. 14. Deinde afferuntur ex S. Matthæo verba quædam; tum vero sequitur istud, ἔτι μὴν καὶ περὶ τοῦ ὑποτάσσεσθαι ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, καὶ εὐχέσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, κελεύει ἡμᾶς ὁ Θεὸς λόγος, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, (quod præcepit S. Paulus, 1 *Tim.* ii. 2.)

INCERTUS SCRIPTOR

DE CANONE S. SCRIPTURARUM.

Et ideo licet varia singulis evangeliorum libris principia doceantur, nihil tamen differt credentium fides, cum uno ac principali Spiritu declarata sint in omnibus omnia de nativitate, de passione, de resurrectione, de conversatione (*for. addend.* Domini) cum discipulis suis, et de gemino ejus adventu; primo in humilitate despectus, quod fore... (*for. despectum, vel despectui, quod foret*), secundum (*for. secundo*) potestate regali præclarum (præclaro), quod futurum est. Apud *Reliquias Sacr.* vol. I. p. 394.

TERTULLIANUS.

Qui ergo putaveris nihil nos de salute Cæsarum curare, inspice Dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus, et plerique casus ad extraneos transferunt. *Apologet.* cap. 31. p. 281. edit. Havercamp. Ubi testes affert Tertullianus verba SS. Matthæi et Pauli.

Nec mirum, si apostolus eodem utique Spiritu actus, quo cum omnis scriptura divinitatum, et illa (*for.* divina, tum et illa) Genesis digesta est, eadem voce usus est, *mulierem* ponendo; quæ exemplo Evæ inuptæ et virgini competat. *De Oratione* cap. 22. apud *Scriptorum Eccl. Opuscula*, vol. I. p. 114. S. Pauli verba sunt in 1 Cor. xi. 5. quæ interpretatus est Tertullianus.

Cujus nullam volens esse discrepationem, Spiritus sanctus uno nomine *mulieris*, etiam virginem intelligi voluit. *De Virginibus Velandis*, cap. 4. p. 175. edit. Priorii, Paris. an. 1664.

Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina; quicquid contrarium est istis, Dei non est. *Ibid.* cap. 15. p. 182.

Sed cederem tibi, si scriptura Pastoris, quæ sola mœchos amat, divino instrumento meruisset incidi. *De Pudicitia*, cap. 10. p. 563.

Prospiciebat Spiritus sanctus dicturos quosdam, Omnia licent episcopis; sicut ille vester Uthinensis nec Scantiniam timuit. *De Monogamia*, cap. 12. p. 533. Spectat Tertullianus ad Paulum præscribentem Timotheo et Tito de monogamia episcoporum.

Reprobat etiam illos qui jubebant cibis abstinere, (scil. S. Paulus 1 Tim. iv. 3.) sed de providentia Spi-

ritus sancti, prædamnans jam hæreticos perpetuam abstinentiam præcepturos ad destruenda et despicienda opera Creatoris. *De Jeuniis*, cap. 15. p. 552.

Immo ne ita argumentareris, providentia Spiritus sancti demonstravit; quidnam dixisset, *Spectaculum facti sumus mundo*; dum angelis, qui mundum ministrant, et hominibus quibus ministrant (1 Cor. iv. 9.)? Verebatur nimirum tantæ constantiæ vir, ne dicam Spiritus sanctus, præsertim ad *filios* scribens, quos in *Evangelio generaverat*, &c. *L. v. adv. Marcionem*, cap. 7. p. 469.

In primis autem non videbor irreligiosus, si, quod ipse profitetur, animadvertam, omnem illum indulgentiam nuptiarum de suo, id est, de humano sensu, non de divino præscripto induxisse. *De Exhort. Castitatis*, cap. 3. p. 520. in quo capite agit Tertullianus de monitis in cap. 7. 1 Cor. a S. Paulo super matrimonio datis, ubi in comm. 10. scribitur, *Præcipio non ego sed Dominus*.

Ut opinor autem unius et ejusdem Dei utraque pronuntiatio et dispositio est, qui tum quidem in primordio sementem generis emisit indultis conjugiorum habenis, donec mundus repleretur, donec novæ disciplinæ materia proficeret; nunc vero sub extremitatibus temporum compressit quod emiserat, et revocavit quod indulserat. cap. 6. p. 521. Allatum fuerat a Tertulliano S. Pauli illud, *Tempus in collecto est. Superest ut et qui habent uxores, sic sint quasi non habeant*. 1 Cor. vii. 29.

Cupiditatem omnium malorum radicem Spiritus Domini per apostolum pronuntiavit (1 Tim. vi. 10.). *De Patientia*, cap. 7. p. 144.

Quis nunc medullas scripturarum magis nosset,

quam ipsa Christi schola? quos et sibi discipulos Dominus adoptavit omnia utique edocendos; et nobis magistros adornavit omnia utique docturos. Cui potius figuram vocis suæ declarasset, quam cui effigiem gloriæ suæ revelavit; Petro, Jacobo, Joanni, et postea Paulo, quem paradisi quoque compotem fecit ante martyrium? An et illi aliter quam sentiunt scribunt, fallaciæ magistri non veritatis? *Scorpiace*, cap. 12. p. 497.

S. SERAPIO ANTIOCHENUS.

Ἡμεῖς γὰρ, ἀδελφοί, καὶ Πέτρον καὶ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα ὡς Χριστὸν, τὰ δὲ ὀνόματι αὐτῶν ψευδεπίγραφα, ὡς ἔμπειροι παραιτούμεθα· γινώσκοντες ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ παρελάβομεν. Apud Eusebium *Hist. Eccl.* vi. 12. p. 404. ed. Burton. Agens Serapio in *libro de Petri Evangelio Pseudepigrapho* hæc scribit.

POLYCRATES EPHESINUS.

Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Apud Eusebium, *Hist. Eccl.* v. 24. p. 368. edit. Burton.

S. CLEMENS ALEXANDRINUS.

Διὰ τοῦτο ἄρα μυστικῶς τὸ ἐν τῷ ἀποστόλῳ (Paulo) ἅγιον Πνεῦμα τῆ τοῦ Κυρίου ἀποχρώμενον φωνῇ, Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα (1 Cor. iii. 2), λέγει. εἰ γὰρ ἀνεγεννήθημεν εἰς Χριστὸν, ὁ ἀναγεννήσας ἡμᾶς ἐκτρέφει τῷ ἰδίῳ γάλακτι, τῷ λόγῳ. *Pædagogō*, lib. i. cap. 6. p. 127. ed. Potteri.

Κὰν τὸν ποδῆρη τις παραφέρῃ τὸν Κυρίου, ὁ ποικι-

λανθῆς ἐκεῖνος χιτῶν τὰ τῆς σοφίας ἄνθη δεικνύει, τὰς ποικίλας καὶ μὴ μαραινομένας γραφὰς, τὰ λόγια τὰ τοῦ Κυρίου, ταῖς τῆς ἀληθείας ἀπαστράπτοντα ἀυγαῖς. *Ibid.* lib. ii. cap. 10. p. 238.

Θεοδίδακτοι γὰρ ἡμεῖς, ἱερὰ ὄντως γράμματα παρὰ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ παιδευόμενοι. *Stromat.* lib. i. cap. 20. p. 376. confer et lib. ii. cap. 2. p. 433. et cap. 11. p. 454.

Οὕτως ὁ τῷ Κυρίῳ πειθόμενος, καὶ τῇ δοθείσῃ δι' αὐτοῦ κατακολουθήσας προφητεία, τελῶς ἐκτελεῖται κατ' εἰκόνα τοῦ διδασκάλου ἐν σαρκὶ περιπολῶν Θεός. ἀποπίπτουσιν ἄρα τοῦδε τοῦ ὕψους, οἱ μὴ ἐπόμενοι Θεῷ ἐὰν (emendat Potterus ἢ ἂν) ἠγῆται ἠγεῖται δὲ κατὰ τὰς Θεοπνεύστους γραφὰς. *Ibid.* lib. vii. cap. 16. p. 894.

Ῥαθυμοῦσι μὲν γὰρ οἱ, παρὸν τὰς οἰκείας ταῖς θείαις γραφαῖς ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν πορίζεσθαι ἀποδείξεις, τὸ παράπαν καὶ ταῖς ἡδοναῖς αὐτῶν συναιρούμενον ἐκλεγόμενοι. δόξης δὲ ἐπιθυμοῦσιν, ὅσοι τὰ προσφυῆ τοῖς Θεοπνεύστοις λόγοις ὑπὸ τῶν μακαρίων ἀποστόλων τε καὶ διδασκάλων παραδιδόμενα, ἐκόντες εἶναι σοφίζονται, δι' ἐτέρων παρεγχειρήσεων ἀνθρωπείαις διδασκαλίαις ἐνιστάμενοι θεία παραδόσει, ὑπὲρ τοῦ τὴν αἵρεσιν συστήσασθαι. — ὁ γνωστικὸς ἄρα ἡμῖν μόνος ἐν αὐταῖς καταγυράσας ταῖς γραφαῖς, τὴν ἀποστολικὴν καὶ ἐκκλησιαστικὴν σὺν ὀρθοτομίαν τῶν δογμάτων κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὀρθότατα βιοῖ τὰς ἀποδείξεις ὡς ἂν (conjectit legend. Lowthius ἂς ἂν) ἐπιζητήσῃ ἀνευρίσκειν, ἀναπεμπόμενος ὑπὸ (ἀπὸ vult Sylburgius) τοῦ Κυρίου, ἀπὸ τε νόμου καὶ προφητῶν. ὁ βίος γὰρ οἶμαι τοῦ γνωστικοῦ, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἔργα καὶ λόγοι τῆ τοῦ Κυρίου ἀκόλουθοι παραδόσει. *Ibid.* p. 896.

— τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον (evangelistarum) συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις δεδήλωται,

προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι εὐαγγέλιον. Posuisse hæc in *Hyprotyposibus* suis Clementem Alexandrinum refert Eusebius *Hist. Eccl.* vi. 14. p. 409. edit. Burton.

SÆCULUM III.

CAIUS PRESBYTER,

PARVI LABYRINTHI FORTASSE SCRIPTOR.

Γραφὰς μὲν Θείας ἀφόβως ῥεραδιουργήκασι, πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι· Χριστὸν δὲ ἠγνοήκασιν, οὐ τί αἱ Θεαὶ λέγουσι γραφαὶ ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὐρεθῆ σύστασιν φιλοπόνως ἀσκοῦντες· καὶ αὐτοῖς προτείνη τις ῥητὸν γραφῆς Θεϊκῆς, ἐξετάζουσι πότερον συννημμένον ἢ διεζευγμένον δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ. Καταλιπόντες δὲ τὰς ἀγίας τοῦ Θεοῦ γραφὰς, γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν.———Οἱ δὲ ταῖς τῶν ἀπίστων τέχναις εἰς τὴν τῆς αἵρέσεως αὐτῶν γνώμην ἀποχρώμενοι, καὶ τῆ τῶν ἀθέων πανουργία τὴν ἀπλὴν τῶν Θείων γραφῶν πίστιν καπηλεύοντες, ὅτι μὴδὲ ἐγγὺς πίστεως ὑπάρχουσι, τί δεῖ καὶ λέγειν; διὰ τοῦτο ταῖς Θεαῖς γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκένας.———“Ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἀμάρτημα, εἰκὸς μὴδὲ ἐκείνους ἀγνοεῖν. ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἀγίῳ Πνεύματι λελέχθαι τὰς Θείας γραφὰς, καὶ εἰσὶν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἠγούνται σοφωτέρους τοῦ ἀγίου Πνεύματος ὑπάρχειν· καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν; apud Eusebium *Hist. Eccl.* v. 28. p. 377. edit. Burton. Hæc scribit auctor contra hæreticos Christum Deum esse negantes.

AUCTOR CONTRA CATAPHRYGAS,

EPISCOPUS QUI VIDETUR FUISSE.

Δεδιώσ δὲ καὶ ἐξευλαβούμενος, μὴ πη δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ εὐαγγελίου καινῆς διαθήκης λόγῳ, ᾧ μήτε προσθεῖναι μητ' ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτὸ πολιτεύεσθαι προηρημένῳ. Apud Eusebium, *Hist. Eccl.* v. 16. p. 344. ed. Burton.

S. HIPPOLYTUS M.

Εἰ οὖν Νόητος πολυμᾶ λέγειν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, πρὸς ποῖον Πατέρα ἐρεῖ πορεύεσθαι Χριστὸν κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν; (Joan. xx. 17.) εἰ δὲ ἀξιοὶ καταλείψαντας ἡμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τῇ αὐτοῦ ἀφροσύνῃ πιστεύειν, ματὴν κάμνει· Πειθαρχεῖν γὰρ δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις (Act. Apost. iv. 13. et 19.). *Contra Hæresim Noeti*, cap. 6. in *Scriptorum Eccl. Opusculis*, vol. I. p. 60.

Εἰς Θεὸς, ὃν οὐκ ἄλλοθεν ἐπιγινώσκουμεν, ἀδελφοὶ, ἢ (ἐκ *addend.*) τῶν ἀγίων γραφῶν. Ὁν γὰρ τρόπον εἴαν τις βουληθῇ τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου ἀσκεῖν, οὐκ ἄλλως δυνήσεται τούτου τυχεῖν, εἴαν μὴ δόγμασι φιλοσόφων ἐντύχη, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ὅσοι θεοσέβειαν ἀσκεῖν βουλόμεθα, οὐκ ἄλλοθεν ἀσκήσομεν ἢ ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. Ὅσα τοίνυν κηρύσσουν αἱ Θείαι γραφαὶ, ἴδωμεν, καὶ ὅσα διδάσκουσιν, ἐπιγινώμεν, καὶ ὡς θέλει Πατὴρ πιστεύεσθαι, πιστεύσωμεν, καὶ ὡς θέλει Υἱὸν δοξάζεσθαι, δοξάσωμεν, καὶ ὡς θέλει Πνεῦμα ἅγιον δωρεῖσθαι, λάβωμεν. Μὴ κατ' ἰδίαν προαίρεσιν, μηδὲ κατ' ἴδιον νοῦν, μηδὲ βιαζόμενοι τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα· ἀλλ' ὃν τρόπον αὐτὸς ἐβουλήθη διὰ τῶν ἀγίων γραφῶν δεῖξαι, οὕτως ἴδωμεν. *Ibid.* cap. 9. p. 64.

Τὸ σάββατον τύπος ἐστὶ καὶ εἰκὼν τῆς μελλούσης βασιλείας τῶν ἀγίων, ἡνίκα συμβασιλεύσουσι τῷ Χριστῷ, παραγινόμενου αὐτοῦ ἀπ' οὐρανῶν, ὡς Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ διηγείται. *Interpret. in Danielem*, §. 4. p. 100. edit. Rom. an. 1772.

MARTYRES CHRISTIANI.

Libros Sacros apud Christianos temporibus illis receptos, evangelia cum ceteris, eos esse quos se colere, credereque, Divinitus inspiratos esse, et dogmata religionis continere; atque ad mortem usque amanter retentos, a se nullis prodendos et tradendos esse, profitentur coram iudicibus suis SS. Martyres in *Actis* a Ruinaro collectis. Vide pagg. 87. 89. 356. 357. 394. edit. Amstel.

ORIGENES.

Ἐπειδὴ περὶ τηλικούτων ἐξετάζοντες πραγμάτων, οὐκ ἀρκοῦμενοι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις καὶ τῇ ἐναργείᾳ τῶν βλεπομένων προσπαραλαμβάνομεν, εἰς τὴν φαινομένην ἡμῖν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, μαρτύρια τὰ ἐκ τῶν πεπιστευμένων ἡμῖν εἶναι θείων γραφῶν, τῆς τε λεγομένης παλαιᾶς διαθήκης, καὶ τῆς καλουμένης καινῆς, λόγῳ τε πειρώμεθα κρατύνειν ἡμῶν τὴν πίστιν, καὶ (φορ. κᾶν) οὐδέπω περὶ τῶν γραφῶν ὡς θείων διειλέχθημεν· φέρε καὶ περὶ τούτων ὀλίγα ὡς ἐν ἐπιτομῇ διαλάβωμεν, τὰ κινουῦντα ἡμᾶς ὡς περὶ θείων γραμμάτων εἰς τοῦτο παρατιθέμενοι. *Exordio libri iv. De Principiis*, p. 156. edit. Delaruan. seu Benedictin.

Μετὰ τὸ ὡς ἐν ἐπιδρομῇ εἰρηκέναι περὶ τοῦ θεοπνεύστους εἶναι τὰς Θείας γραφὰς, ἀναγκαῖον ἐπέξελθεῖν τῷ τρόπῳ τῆς ἀναγνώσεως καὶ νοήσεως αὐτῶν. *Ibid. cap. 8. p. 164.*

Διόπερ τοῖς πειθομένοις μὴ ἀνθρώπων εἶναι συγγράμ-

ματα τὰς ἱεράς βίβλους, ἀλλ' ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, βουλήματι τοῦ Πατρὸς τῶν ὄλων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ταύτας ἀναγεγράφθαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθῆναι, τὰς φαινόμενας ὁδοὺς ὑποδεικτέον· ἔχομένους τοῦ κανόνος τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ διαδοχὴν τῶν ἀποστόλων οὐρανοῦ ἐκκλησίας. *Ibid.* cap. 9. p. 166.

Καὶ ἐπὶ τὰ εὐαγγέλια δὲ φθάσωμεν, κἀκείνων ὁ ἀκριβῆς νοῦς, ἅτε νοῦς ὢν Χριστοῦ, δεῖται χάριτος τῆς δοθείσης τῷ εἰρηκότι· ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν· ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος (1 *Cor.* ii. 16. et 13.). Καὶ τὰ ἀποκεκαλυμμένα δὲ τῷ Ἰωάννῃ τίς οὐκ ἂν ἀναγνοὺς καταπλαγείη τὴν ἐπίκρυψιν τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων, καὶ τῷ μὴ νοοῦντι τὰ γεγραμμένα ἐμφαινόμενων (MS. ἐμφαινομένην); *Ibid.* cap. 10. p. 167.

Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν πρὸ τῆς παρουσίας ταῦτα τὸ Πνεῦμα ὠκονόμησεν, ἀλλ' ἅτε τὸ αὐτὸ τυγχάνον, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν εὐαγγελίων πεποίηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. *Ibid.* cap. 16. p. 174.

—— τὸ διδάξαν Μωϋσέα Πνεῦμα τὴν πρεσβυτέραν αὐτοῦ ἱστορίαν ἀρξαμένην ἀπὸ τῆς κοσμογενείας μεχρὶ τῆς (*for.* τῶν Gaietan.) κατὰ τὸν Ἀβραάμ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τοῦτ' ἐδίδαξε καὶ τοὺς γράψαντας τὸ εὐαγγέλιον, τὸ γενόμενον παράδοξον κατὰ τὸν χρόνον τοῦ βαπτίσματος Ἰησοῦ. *Contra Celsum*, lib. i. cap. 44. p. 360. Confer cap. 48.

—— τούτῳ δ' ἠκολούθησε, διαφόρως ἐκδεξαμένων τοὺς ἅμα πᾶσι πιστευθέντας εἶναι θείου λόγου, τὸ γένησθαι αἰρέσεις ἐπωνύμους τῶν θαυμασάντων μὲν τὴν τοῦ Λόγου ἀρχὴν, κινήθέντων δ' ὅπως ποτ' οὖν ὑπὸ τινῶν πιθανότητων πρὸς τὰς εἰς ἀλλήλους διαφωνίας. *Ibid.* lib. iii. cap. 12. p. 455.

— οὐκ ἦπτον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ τὸν Ἰησοῦν γραφέντων, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις θείων εἶναι πεπιστευμένων. Ibid. cap. 45. p. 476.

— οὐ γὰρ ἄρχων αὐτῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ', ὡς φασιν οἱ θεοὶ λόγοι, ὁ Βεελζεβούλ. Ibid. lib. viii. cap. 25. p. 761.

Καὶ γὰρ ἦν τῆς οἰκονομύσης χάριτος τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἔργον *Comm. in Proverbia* p. 4. Hoc scribit Origenes de Matthæo nonnulla referente agens. Et in *Exegeticis* suis super Evangelistas τῇ θεοπνευστίᾳ ipsorum credidisse se clare ostendit. Ἐγὼ μὲν οὖν, ait ille *Commentario in Mat.*, ἰῶτα ἐν ἡ μίαν κεραίαν οὐ πιστεύω κενὴν εἶναι θείων μαθημάτων· τὸ δὲ ἐπιτυγχάνειν ἐρμηνεύοντα, ἡγουμαι πολλοῦ δεῖσθαι λόγον διὰ τὸ δυσερμήνευτον τῶν πραγμάτων. tom. XVI. cap. 12. p. 734.

Εἵπερ γὰρ ἀκριβῶς πιστεύομεν ἀναγεγράφθαι συνεργούντος καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὰ εὐαγγελία, καὶ μὴ ἐσφάλησαν ἐν τῷ ἀπομνημονεύειν οἱ γράψαντες αὐτὰ, δῆλον ὅτι ἐπεὶ μὴ δυνατὸν ἐν μιᾷ, καὶ τῇ αὐτῇ ἐπιδημία ἀληθὲς εἶναι δύο τυφλοὺς τεθεραπεῦσθαι ἢ ἓνα, ἑτέρα μὲν ἐπιδημία δεδήλωται ὑπὸ τοῦ Ματθαίου, ἑτέρα δὲ ὑπὸ τοῦ Μάρκου, ἣδη δὲ καὶ ἄλλη ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ, ὡς τῷ ἐπιστήσαντι ἐκ τῆς πρὸς τοὺς λοιποὺς διαφορᾶς ἔστι καὶ τοῦτο τεθαρόρηκός τως ἀποφῆνασθαι. Ibid. p. 732.

— εἴτε γὰρ τῇ γραφῇ ἀπιστεῖ, παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν ποιήσει λόγον· εἴτε &c. Ibid. tom. XVII. cap. penult. p. 827. Confer tom. XI. cap. 17.

Τάχα οὖν τὸ, ἐπεχείρησαν, (apud *S. Lucam* i. 1.) λεληθυῖαν ἔχει κατηγορίαν τῶν προπετῶς καὶ χωρὶς χαρίσματος ἐλθόντων ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν εὐαγγελίων· Ματθαῖος γὰρ οὐκ ἐπιχείρησεν ἀλλ' ἔγραψεν, ἐξ ἁγίου κινούμενος Πνεύματος. ὁμοίως καὶ Μάρκος καὶ Ἰωάννης· παραπλησίως δὲ καὶ Λουκᾶς. *Homil. I. in Lucam*, p. 932.

(For. ἀλλ' ἦ)

Καὶ ἀκόλουθόν γε μηδενὸς σφαλλομένου τῶν εὐαγγελιστῶν, μηδὲ ψευδομένου, ὡς εἶποιεν ἂν οἱ πιστεύοντες, ἀμφότερα κατὰ διαφόρους καιροὺς εἰρηκέναι τὸν Βαπτιστὴν (*Spectantur Matt. iii. 4. et Marc. i. 7.*) καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον νοῦν κινούμενον. οὐ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν, ὡς οἴονται τινες, οἱ ἀπομνημονεύοντες, διαφόρως ἠνέχθησαν, μὴ ἀκριβοῦντες τῇ μνήμῃ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἢ γεγενημένων. *Comm. in Joan. tom. VI. cap. 18. p. 134.*

Ἄλλὰ σαφὲς ὅτι ἀληθεῖς αἱ πᾶσαι γραφαί. *Ibid. tom. XX. cap. 29. p. 357.* Prius allata erat Epistola Paulina ad Romanos cum nonnullis Veteris Testamenti libris.

Ταῦτα γὰρ οὐ μόνον περὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἡσαίου (*Allatum ibi fuerat Esaiæ cap. 29.*) νομιστέον λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης Θείας γραφῆς. *Philocal. cap. 2.* Ubi, sicut in capp. sequentibus, sermonem ita instituit Origenes, ut non tantum ἡ θεοπνευστία SS. Scripturarum stabiliatur, sed omnibus etiam brevissimis ipsarum sententiis divina inesse virtus summaque utilitas colligatur. Ac porro ex mystici hujus sensus expositione conciliari posse atque debere statuit nonnullas evangelistarum inter se discrepantias. Vide cap. 4. et fin. cap. 15. et cap. 16. et init. cap. 26. et caput ultimum, cum *Eclogis in Lucam, p. 95.* ed. Venetæ. Attamen, quod monet S. Pamphilus in *Apologia Origenis* in illo ipso opere, quod vel maxime obtrectatores ejus accusant, id est, in quarto περὶ ἀρχῶν libro, sive in *Philocaliæ cap. 1.* inter alia hæc sunt, Πολλῶ γὰρ πλείονά ἐστι τὰ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀληθεύόμενα τῶν προσυφανθέντων γυμνῶς πνευματικῶν, interpretante Rufino, *Multa enim plura sunt, quæ secundum historiam vera sunt, quam ea quæ nudum sensum continent spiritalem.*

AUCTOR COMPUTUS DE PASCHA.

— secundum Pauli B. apostoli sermonem, qui Spiritu Dei edoctus retulit eos implevisse annos CCCCL. (*Act. Apost. xiii. 20.*). Ad calcem *Opp. S. Cypriani*, edit. Felli p. 67.

S. CYPRIANUS.

Nam nos nunc de divinis fontibus implevimus modicum, quod tibi interim mitteremus; bibere uberius et saturari copiosius poteris, si tu quoque ad eosdem Divinæ plenitudinis fontes nobiscum pariter potaturus accesseris. *Testimoniorum* lib. 3. sive Præfationis, p. 274. ed. Baluzii, seu Benedictin.

In Apocalypsi Scriptura divina declarat. Epist. LXIII. p. 108.

Item beatus apostolus Paulus Dominicæ inspirationis gratia plenus, *Qui administrat*, inquit, *semen seminanti, et panem ad edendum præstabit, &c.* (2 *Cor. ix. 10.*) *De Opere et Eleemosynis*, cap. 6. p. 240.

Necnon et illud consilium, frater carissime, utile et salubre prospexi in exhortatione tam necessaria quæ martyres faciat, amputandas esse verborum nostrorum moras et tarditates, atque ambages sermonis humani subtrahendas, ponenda sola illa, quæ Deus loquitur, quibus servos suos ad martyrium Christus hortatur. Præcepta ipsa Divina velut arma pugnantibus suggerenda sunt. *De Exhortatione Martyrii*, p. 262.

Unde est ista traditio? Utrumne de Dominica et evangelica auctoritate descendens, an de apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt, Deus testatur et præmonet ad Jesum Nave dicens, *Non recedet liber*

legis hujus ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte, ut observes facere omnia quæ scripta sunt in eo (Josue, l. 8.). Item Dominus apostolos suos mittens mandat baptizari gentes et doceri, ut observent omnia, quæcunque ille præcepit. Si ergo aut in evangelio præcipitur, aut in apostolorum epistolis vel actibus continetur, ut a quacunque hæresi venientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponatur in pœnitentiam, observetur Divina hæc et sancta traditio. *Ad Pompeium Epist. LXXIV. p. 138.*

CRESCENS A CIRTA EPISCOPUS,

APUD CONCIL. CARTHAG. VII.

Crescens a Cirta dixit: In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Jubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctorum testimoniorum descendentium ex Scripturis Deificis continent; &c. *Opp. S. Cypriani* edit. Baluz. p. 331.

LUCIUS A THEBESTE EPISCOPUS,

APUD IDEM CONCILIUM.

Lucius a Thebeste dixit: Hæreticos blasphemos atque iniquos verbis variis decerpentes sancta et adorabilia Scripturarum verba, execrandos censeo et ideo exorcizandos et baptizandos esse. *Ibid. p. 334.*

NOVATIANUS.

Quandoquidem non tam Veteris quam etiam Novi Testamenti Scriptura Divina ubique ostendat illum (Christum) ex Patre natum. *De Trinitate* seu *De Regula Fidei*, cap. 26. p. 201. edit. Jackson.

Non utique ex Scripturarum cœlestium vitio, quæ

nunquam fallunt, sed humani erroris præsumptione, qua heretici esse voluerunt. *Ibid.* cap. 30. p. 232.

Agitur hic de verbis SS. Joannis et Pauli Christum Deum esse declarantibus.

S. DIONYSIUS ALEXANDRINUS.

Τὸ οὖν Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τοὺς εὐαγγελιστὰς κατανεμηθὲν, τὴν πᾶσαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διάθεσιν ἐκ τῆς ἐκάστου φωνῆς συντιθησιν. *In Locos Evangelii Lucae* apud *Vet. Patrum Analecta*, Venetiis edita an. 1781. pag. 115.

S. GREGORIUS NEOCÆSARIENSIS.

Scripturas, in quarum interpretatione Origenes versatus est, *ἱεράς βίβλους* appellat Gregorius in *Oratione Paneg. ad Origenem*, pag. 32. edit. Paris. Opp. S. Gregorii.

S. DIONYSIUS ROMANUS.

Appellatione τῆς Θείας γραφῆς, τῶν Θείων λόγων, αἱ Θεῖαι γραφαί, scripturas Novi Fœderis designat Dionysius in *Epistola adversus Sabellianos*, apud S. Athanasium *De Decretis Nicænæ Synodi*, cap. 26. p. 231. ed. Montfaucon. seu Benedictin.

ARCHELAUS CASCHARENSIS EPISCOPUS.

Sed et Spiritus (*for.* Spiritu) evangelista Matthæus diligenter significat Domini nostri Jesu Christi sermonem; *Videte ne quis vos decipiat, &c.* (*Mat.* xxiv. 5.) Archelaus in *Disputatione cum Manete*, cap. 25. supra p. 131.

S. METHIDIUS TYRIUS EPISCOPUS.

— ὅτι μηδεμία ὑπεναντίωσις ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς

Θείοις λόγοις. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ οὐχ ὁ κόσμος, εἴρηται (1 Cor. vii. 31.). *Excerpt. De Resurrect.* p. 292. edit. Combefis.

THEONAS EPISCOPUS.

Interdum et Divinas scripturas laudari (*for.* laudare) conabitur, quas mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in linguam nostram traduci curavit; laudabitur et interim evangelium, apostolusque (Paulus) pro divinis oraculis. Vetus interpretatio Latina *Epistolæ ejus ad Lucianum* in *Reliqu. Sacr.* vol. III. cap. vii. p. 443.

S. PHILEAS MARTYR.

Τούτων ἀπάντων ὑποδειγμάτων ἡμῖν καὶ ὑπογραμμῶν καὶ καλῶν γνωρισμάτων ἐν ταῖς Θείας καὶ ἱεραῖς γραφαῖς κειμένων, οὐδὲν μελλήσαντες οἱ μακάριοι σὺν ἡμῖν μάρτυρες, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καθαρῶς τείναντες, καὶ τὸν ἐπ' εὐσεβείᾳ θάνατον ἐν νῶ λαβόντες, ἀπρίξ τῆς κλήσεως εἶχοντο, τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐρόντες ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πάσαν μὲν ἀμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφοδία δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν κατάθῃται. *Epist. ad Thmuitas* apud *Eusebium Hist. Eccl.* VIII. 10. p. 560. edit. Burton.

IMP. CONSTANTINUS.

Εὐαγγελικαὶ γὰρ, φησὶ (Constantinus M.), βίβλοι καὶ ἀποστολικαὶ καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἅ χρῆ περὶ τοῦ Θείου φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τὴν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν. In *Oratione ad Episcopos Nicænos*, referente Theodoro *Hist. Eccl.* lib. i. cap. 5. p. 25. edit. Valesii, vel cap. 6. p. 757. edit. Schulze.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

Μηδεμιᾶς γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς, τῶ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τῶ, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιλεγόμενοις κεχρημένης, οὐκ εὐλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. *Epistola, quam in Nicæa urbe scripsit, cum magnum ibi Concilium haberetur, apud Theodoretum conservata. Ibid. cap. 11. vel 12. p. 781.*

INDEX

I N D E X

PROPRIORUM NOMINUM, RERUM MEMORABILIUM,
PHRASIUMQUE,
IN HOC VOL. QUINTO EXTANTIUM.

- A.
- Accenseo, 294.
- Adam, 65.
- Addas Manetis, seu Manichæi, discipulus, 42. Orientem, et fortasse Scythiam, provinciam sortitus est, 69, 191.
- Ægialeus, *archiater nobilissimus, et literis apprime eruditus*, 72.
- Ægyptii, non veri Israelitæ, secundum Archelaum et Rabbinos quosdam vitulum aureum construxerunt, 118.
- Anaxilai lusus, 325.
- De Angelis bonis et malis, 119.
- Anima hominum et animalium aër est secundum Manetem, 61. sumitur ex substantia boni Patris secundum eundem, 55. transfusio animarum in alia corpora, 58.
- Ab Antichristo profecta Manichæi doctrina, 192.
- De annulorum *signatoriorum* et *sigillatoriorum* usu apud veteres, 78, 104. not.
- ἀπλάριοι, *simpliciores*, 65.
- ἀπόκρουσις facere luna dicitur, cum senescit, seu decrescit, 54.
- Arabionis castellum inter imperium Persarum, et Mesopotamiam, in quo morabatur Manes, 48, 194.
- Arbitrii libertas, 89, 118—122.
- Arbor scientiæ boni et mali, quid secundum Manetem, 62.
- ARCHELAUS in Mesopotamia episcopus. DISPUTATIO ejus cum Manete, ex editione Zaccagnii, cum additionibus, 1—206. Archelaus cædi Manem noluit, 27, 167, 199. de Baptismo Christi minus recte disserit, 178, 203. vid. Manes.
- Archelaus alius, 205.
- Aquileiense ecclesia, 331.
- AQUILEIENSE SYMBOLUM, 331—333.
- Assemanus (Josephus Simonius) allatus, 19, 24.
- ἄσπονον, *impium ac facinorosum*, 116. (Conf. 2 Thess. iii. 2.)
- Audiens verbum, 313.

S. AUGUSTINUS, passim. Adjuvari se orationibus Sancti Cypriani optat, 251. *Ceterum quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba Evangelica, quibus Symbolum, illic defuerint?* 233. Hæretico neque invocatio nec confessio nominis Christi prodest, 313—318.

B.

Babylonia provincia penes Persas, 188.
 Baculus ex ebano a Manete et ab alytarchis et sacerdotibus gestatus, 14, 71.
 Baluzius (Stephanus), 286, 288, 289.
 Baptismus, 183. Baptismus hæreticorum in quo illis in aquam descendentibus, statim super aquam ignis appareat, 325. mali tunc dimittuntur, cum se bonis et justis, per quos in ecclesia peccata dimittuntur, quamvis a malis baptizati sint, intima caritate conjungunt, 221. De Hæretico Baptismo agit S. AUGUSTINUS, 209—280. et ANONYMUS SCRIPTOR, 291—328.
 Barba sacerdos Mithræ, 134.
 Basilides, 138. tempus quo floruit, 196. ejus *ῥήσεις* aliquæ de opinionibus Barbarorum, 197.
 Bellum Persarum ad Carrhas, 98.
 Bigotius (Emericus) diligentissimus Italicarum bibliothecarum perscrutator, 16.
 Braccis bicoloribus vestitus est Manes Persa, 71.
 Buddas idem qui Terebinthus, 188.

C.

Cacciari (Petrus Thom.) Archelai *Acta* tuitus est, 24.
 Callistus Marcelli servus, 48.

Capitula, Seythiani et Terebinthi opus, 187.

Captivorum in finibus Persici imperii a militibus Romanis crudeliter exagitatorum, postea vero a Marcello redemptorum, historia, 38—40. (Fidem facit his rebus consimilis historia de septem captivorum Persicorum millibus apud Socratem H. E. VII. 21.)

Caschar urbs Mesopotamiæ; hæc Archelai sedes fuisse videtur. Confer 8, 9, cum 19, 20, 25.

Cataphrygæ seu Montanistæ, 106.
 Catechumenis mysteria fidei non liquido exponi solita, 204.

Cavius (Guil.), 284, 285, 287, 290.

Chaldæorum linguam, quæ, teste Abulfaragio, Syriacæ dialectus est, ait Archelaus, ne in numerum quidem aliquem duci, 134.

Charræ urbs Mesopotamiæ, 8, 9, 19, 20.

Christi cognati, 170.

Christi crux, 162.

Christianos ac Judæos, et Gentes, eundem malum deum colere docebat Manes, 67.

CHRISTUS DOMINUS, 53, 121, 126, 127, 138, 169—180, 181, 182, 183. Dei nostri Jesu Christi, 291, 306. rationes, quibus ille concludebatur a discipulis Christus esse, pulchre expositæ, 307, 308.

De circumcissione, 153—155.

Claudius rhetor quidam, 72.

Cleobolus, seu Cleobulus, rhetor quidam, 72. *In quocunque clero constitutus*, 293. minoris cleri, 301, 312. clero aliquo honoratus, 316.

In Cænobii Casinensis bibliotheca multa veterum scripta a se inventa in Vaticanæ ornamentum

transcribi curavit Zacagnius, 17.

Concilium Arelatense, 210.

Corbicius pristinum Manetis nomen, 190.

Corpus a malo Deo conditum, et e tenebrarum materia, secundum Manetem, 49, 59—61.

Cretæ usus in sigillis, 78. not.

S. Cypriani anima pacifica, 209—213, 251.

S. Cyrillus episcopus Hieros. 23.

D.

Descendit ad Inferna: Aquileiensis Symboli articulus, 332.

Diaboli pater quis, 123—126.

Diaconi, 185.

Dicare fortasse pro *verbis contendere* a rudi interp. positum, 134.

Imp. Diocletiani RESCRIPTUM de Manichæis, 205.

Diodori vicus in Mesopotamia, 141.

Diodoriades presbyter, 33.

Diodorides castrum, 7, 32.

Diodorus, aliter Trypho, presbyter pagi, ad quem Manes confugit, 7, 8, 32, 33, 141, 162, 163, 184.

Discipuli Domini de futura passione ejus increduli, 305—310.

Diversoria vel hospitia in finibus Persiæ a Marcello constructa, 42.

Donatistæ 254—256, 263, 267, 268.

Dracones, signa, labaros ante imperatorem gestatos, 137. (*a clabarum, quem dicunt draconem, in speciem crucis Dominicæ exaptat, Jonas episcopus Aurelianensis a Meursio in Glossario v. Λάβαρον excitatus.*)

Duces et alii imperatorem venientem præcedunt, 137.

Duo esse principia ingenitæ na-

turæ statuebat Manes, 45, 48, 77, 163, 168, 186.

E.

Electi septem inter Manichæos, 60, 64.

Episcopi: Per manus impositionem episcopi datus Spiritus Sanctus, 297. ordine aut etiam communionem episcopi privati, 311. Diodorus presbyter episcopo res vici sui notas facit, 142. S. Paulum ordinasse ministros et episcopos scribit Archelaus, 185. conf. vol. iv. 205. Evæ lapsus, 124.

Evangelium Scythiani et Terebinthi, 187.

F.

Fellus (Joannes) Oxon. episcopus, 283, 286.

Formarum eductio ex materia, 53.

G.

Imp. Galerii Maximiani RESCRIPTUM de Manichæis, 205.

Gallandius, 19—23.

Gentiles multos quidem inducunt deos, sed unanimes, 90.

Georgii (Aug. Ant.) *Alphabetum Tibetanum*, 20.

Gratia Dei intrinsecus operatur, 116.

H.

Hæretici, 138, 142.

Hæretici Manetis vitæ omnino parcendum esse admonet Archelaus, 141, 167.

Hegemonius. Ei nonnulli, auctorem Heraclianum habentes, *Archelai Disputationem cum Manete* attribuunt, 4, 13, 16, 24, 30.

Hermæ Pastor, 339.

Hermias, vel Hermas, Manetis

- discipulus in Ægypto versatus, 70, 191.
- Hierarchicus ordo in ecclesia a Paulo constitutus, 185, 186.
- Vox ὁμοούσιος. Negat Archelaus Deo posse esse homousion creaturam, 121.
- I.
- Ignis secundum Manetem in fine omnia absumet, 67.
- Ignis in die iudicii, 327.
- Imaginaria lex Mosis, h. e. typica, 115.
- S. Joannes, apostolus et evangelista, *maximus evangelistarum*, 164. Affertur sine commate septimo capitis quinti in 1 Joan. v. 6, 8, 321. Joan. xix. 34. de martyrio et baptismo expositum, 320, 321.
- Jubaianus, 209, 210.
- Judæi spreto evidenti prophetiæ testimonio adventum Domini pernegant, 155—160. quo tempore principes ex Juda esse cœperint, et quando rursus defecerint, 159.
- Justi ante legem a Deo datam, 109.
- K.
- Keilius (Car. Aug. Theoph.) allatus, 23.
- L.
- Labari, vexilla ante imperatorem gestari solita, 137. vid. *Dracones*.
- Labdacus Mithræ filius cum Parco adversus Terebinthum disputabat, 188.
- Lardnerus (Nathaniel) allatus, 23, 25.
- Legem et prophetas respuebat Manes, 74, 143, 144, 147.
- λευκῶς λαλοῦμεν. oppositum τῷ ἐπικεκαλυμμένως, 205.
- Libero arbitrio omnes, qui ratione præditi sunt, permitti docet Archelaus, 80, 89, 119, 120, 122.
- Librorum sacrorum diligens custodia apud Christianos, 193.
- Voces λιμὸς et λοιμὸς a vet. interprete Archelai Latino inter se confusæ, 57. not.
- Locus quietis pars inferni, 150.
- Luminaria cæli a bono Deo condita fuisse ad purgandas in ipsis animas putabat Manes, 54.
- Lux nomen Dei boni secundum Manetem, tenebræ autem mali, 49. conf. 1 Joan. i. 5.
- Lysimachus et Alexander mundi imperium tenuerunt, 92.
- M.
- Malos homines ad ecclesiam Christi non vere pertinere nusquam non in RESPONSIS suis ad episcopos statuit Augustinus; nec peccata posse eos dimittere, 221.
- Mamachus (Thomas Maria) allatus, 25.
- Manes, seu Manichæus, prius Corbicius. Præloquitur Zacagnius de Archelai cum eo *Disputatione*, 4—35. Manes Marcellum doctrinæ suæ conatus est laqueis irretire, 41—47. Deos duos, bonum ac malum, statuit, 48, 49. et sæpe alibi. Marcellum adit, 70. quali vestitu indutus, 70, 71. Ex materia prius subsistente Deum res condere Manes statuere videtur; sed et hominum creatorem Deum esse negat, 77. advenit ad Diodori vicum, 141. Malos actus, seu scelera, damnat, 83. se Paracletum esse dixit, 123, 194. potestatem operandi miracula sibi non vindicabat, 133, 134. Etsi Novum Testamentum amplecteretur, ejus

- tamen loca aliquot abjudicabat, 143, 170, 171. incarnationem Christi negat, 53, 169. Origo fataque ejus, 190—195. Fragmentum hujus *Disputationis*, ex S. Cyrillo desumptum, 198—205.
- Manichæi in alia corpora animæ transmigrations constituant, 58—63. panem comesturi prius orant, 60. prophetas Vet. Testamenti respuunt, 63. dexteris sibi occurrentes cur invicem dent, 51.
- Manippus, unus e quatuor iudicibus disputationi Archelai cum Manete præfectis, 36, 173.
- Maranus (Prudentius), 288, 289.
- Marcellus apud Mesopotamiam, vir optimus ac ditissimus, captivus septem mille et septingentis cuncta affatim ministravit, vulneratosque sanitate recuperata ad patriam remisit, 36—41. Conf. Captivorum. Respondet Manetis epistolæ, 47. stolam exuens circumdat ea Archelaum, atque *osculis eum deificus amplectitur, et inhæret*, 141. Disputationem Archelai cum Manete vult excipi atque describi, 141. petræ similis in nulla re movebatur a Manete, 166.
- Marcionem et Valentinum, et Basilidem memorando simul junxerunt multi scriptores, 138.
- S. Maria Virgo, 326. *Dei genitrix* ab Archelai Latino interprete nuncupata, 128.
- Mesopotamicum Concilium adversus Manem, 33, 195.
- μεταγγισμὸς τῆς ψυχῆς εἰς πέντε σώματα*, 58. vid. Manichæi.
- Metalla Forensia, et Proconensia, 206.
- Derelicto militiæ cingulo* Christianam religionem capessunt, 13, 37.
- Ministerium mortis* quomodo lex Mosis appelletur, 155, etc.
- Mithras Dei nomen apud Persas, 134.
- Morris (J. B.) 7.
- Moses, ut homo spiritualis gaudet contigisse Spiritum propheticum presbyteris LXX, 323. Moses Christi figura; ejusque vitæ cum Christi vitâ comparatio, 160—162.
- Lex Mosis tanquam lucerna, usque eo dum sol verus oriretur; sed non ideo abjicienda lucerna, veluti contraria soli, quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius servanda, 156.
- Mundos alios præter hunc esse docebant Manichæi, 61.
- Mysteriorum liber, quem Scythiano scripsit Terebinthus, 187.

N.

Nazareni, hæretici, 253.

Newman J. H., 368.

Nimius, 306. nimis, 308.

O.

Offectura, 224.

Omophorus quis secundum Manetem, 52, 53, 57, 67.

Origenes. Multa plura in S. Scriptura secundum historiam vera esse, quam nude spiritualia, sentit, 348.

Osculo sancto salutare, 166.

Oudinus (Casimirus) 284, 286, 289.

P.

Paganus, 254.

Paracletum, seu Paraclitum, qui a Jesu mittendus erat, se esse affirmabat Manes, 73, 103, 132, 167, et alibi.

Paracletum venisse, cum apostoli

- adhuc essent in vivis, docet Archelaus, 194, et sæpe alibi.
- Parcus quidam propheta, vel sacerdos, inter Persas, 188.
- Pastor Hermæ. vid. Hermas.
- Patripassiana hæresis, 332.
- S. Paulus, 136, 326. Nullum alium paracletum venturum post Paulum cæterosque discipulos, 127—133. 182. apostolorum maximus dicitur ab Archelao, 154.
- S. Pauli *Epistola ad Romanos*, ab antiquissimis temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuit, 155.
- Epistola ad Hebræos* allata ab Archelao, 127, 149.
- Pauli et Petri Prædicatio*, liber confictus, 325.
- Pearsonius (Joannes), 290.
- Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est*, 119.
- Rex Persarum in carcerem detru- dit Manetem seu Manichæum; et post fugam comprehensum, jussit eum ante portam civitatis pelle exutum suspendi; et pellem ejus, medicamentis infectam, inflari, carnem vero volucribus dari, 192—195.
- Persarum gens Romanis inimica, et judice quidem Imp. Diocletiano, *minus innocentis naturæ* quam Romana, 205. altis calceis utebantur, 70.
- Persea planta, 59.
- S. Petrus apostolus, *in primatu apostolorum martyrii gloria coronatus*, 253, 326. De eo prædicanti Christo suam passionem refragante, 304, 309.
- S. Petri *Epistola Secunda* afferri videtur, 107.
- Pietas, misericordia, 307.
- Pluvia tempore solito et antiquo more precibus, jejuniis, vigiliisque a Deo postulata, 38.
- De Precibus ad Angelos et Sanctos, 251. not.
- Presbyter vici Diodorus, 141.
- Principes tenebrarum a Manete commemorati, 50—70.
- Protectores, *σωματοφύλακες*, Imperatori advenienti præcedunt, 137.
- Pythagoras. Scythianum, qui Maneti longa ætate præcesserat, a Pythagora dogma suum dualitatis principiorum accepisse ait Archelaus, 186.
- Q.
- Quadrisole, calceamenti genus, 70.
- R.
- DE REBAPTISMATE LIBER. De ætate ejus disquiritur, 283—290.
- Rigaltius (Nicolaus) librum DE REBAPTISMATE primus edidit, 283, 285, 287. Notas adjecit.
- Romana ecclesia. *In ecclesia urbis Romæ nulla hæresis illic sumpsit exordium*, 331.
- Romani imperii limites Persas versus tertio Christi sæculo senescente, 188.
- Romanum Symbolum, 332, 333.
- Rota Manetis pro servandis animis, 54.
- S.
- Sabaoth, vox significat, Manichæis quidem interpretibus, *naturam hominis et patrem concupiscentiæ*, 64.
- Sabbatum, 152.
- Sabellius 136, 332. quo tempore a Dionysio Alexandrino hæresis accusatus fuerit, 13.
- Scantinia lex, 339.
- SS. Scripturæ, 177.

- Pro auctoritate S. Scripturæ TESTIMONIA, 335—353. Martyres Christiani Divinitus inspiratam eam esse confessi sunt, 345. *Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ a Beato Paulo prolata sunt, certum est* etc., 136. Loca in quibus Christianorum libri conscribebantur, 193.
- S. Scripturæ loca aliquot allata :
 S. Matthæus iv. 10. pag. 120.
 x. 37. p. 172.
 xii. 32. p. 117.
 xviii. 21. p. 117.
- S. Joannes i. 16. p. 164.
 viii. 44. p. 122—126.
- Ad Romanos v. 14. p. 111.
 viii. 21, 22. p. 137.
- 1 ad Corinthios xv. 56. p. 117.
 2 ad Corinthios iii. 7. p. 112.
 1 S. Joannis v. 8. p. 321.
- Scythiæ, potius Syriæ, partes adiit Addas Manetis discipulus, 191.
- Scythianus, genere vel Saracenus vel Scythicus, a quo primitus dogma ortum Manichæorum, 33, 34. nominis hujus scriptura, 186, 193, 197. Ejus libri quatuor, non multorum versuum singuli, 187, 190, 191. In Judæam migravit, 188.
- Per serpentem primos hominum parentes diabolus decepit, 124.
- Sigillatorii, et sigillaritii annuli. Vid. De annulorum *signatoriorum* usu.
- Simplices et idiotæ. *ἀπλοστέροισ*, et *ἀπλᾶρίοισ* Manes catholicos dicit, 44, 65.
- Sincerata, 303.
- Sirmondus (Joannes), 286.
- Sisinius Manetis discipulus, meliora doctus est ab Archelao, 184.
- Sixti, seu Xysti II Romani episcopi tempore Sabellius a S. Dionysio Alex. hæresis accusatus, 13.
- Sphæra, 93, 189.
- SPIRITUS SANCTUS. Statim a Christi morte Paracletus in apostolos et Paulum descendit, 128, 182.
- Stranga fluvius limes Romani Persicique imperiorum, 41, 195.
- Strategus non tantum militare nomen, sed etiam civile, 71. not. Ita et *στρατιῶται*, *officiales*, seu *apparitores judicum*, vol. i. 339.
- Von Swieten (Baro de) Cæsareæ bibliothecæ præfectus. Ejus beneficio nonnulla auctorum ecclesiasticorum fragmenta mecum communicata sunt, 205.
- SYMBOLUM AQUILEIENSE, 329.
- Synodicus Libellus, 33, 195.
- Syros adiit Thomas Manetis discipulus, 70. conf. 191. Vid. Chaldæorum linguam.

T.

- Talento ferri* oneratus Manes, 192.
- Tatianus, 136.
- Terebinthus, seu Buddas, Scythiani discipulus, 33, 187, 188. Ejus mendacia, 189. periit, 190.
- Testamentum Novum tantummodo Manes amplexus est, 74, 110. alibique. Novi cum Veteri Testamento concordia atque cognatio, 147—153, 163—165. utrorumque Test. *ἐναντιοφανείας* commemorat Manes, 143—145.
- Thebais superior, 187.
- Thesauri signaculo vultum sigillantis exprimente obsignati, 78.
- Thesaurus*, Scythiani liber, 187.
- Thomas Manetis discipulus Syriam provinciam sortitus est,

70. partes Ægypti voluit occupare, 191.
- Tillemont (Sebastian) 289.
- Toutteius (Antonius Augustin), 21, 198—203.
- Traditio Apostolica, *ultra non oportet quicquam aliud suscipere discipulum Christi*, 143.
- Travasa *Actorum Archelai* integritatem defendisse dicitur, 21, 23.
- Turbo Manetis discipulus commemoratur, 15, 27, 29. Manetis epistolam Marcello tradit, 42, 43, 194. cum ad Manetem redire nollet, memoria laborum itineris territus, de Manichæorum dogmatibus plurima narrat, 48—70. diaconus ab Archelao ordinatur, 141. Ea, quæ de Manete tradiderant Turbo et Sisinius, et quæ ipse deprehenderit, exponit Archelaus, 184.
- V.
- Valentinianus, 136, 138.
- Umbra quid sit, 94, 95.
- Ursinus monachus, 284, 285, 286, 288, 290.
- Z.
- Zabulus* pro *diabolus*, et similia mutata, 64. not.
- ZACAGNIUS, *ARCHELAI ACTA*, quæ hic collocata sunt, edidit, 1—206.
- Zodiacus circulus, 95. conf. vol. ii. 21.

PLURA IN HIS VOLUMINIBUS VEL CORRI-
GENDA VEL ADDENDA.

TOLLERE mihi volenti ex his voluminibus, quotquot menda preli sunt,
oblata est nimia hæc errorum seges, quam resecaerat inde amica
manus.

VOL. I.

- Pag. 16. l. 19. ῥ6. pro 5. 6.
P. 18. l. 10. ab ima pag. complere
P. 65. l. ult. prodentia
P. 73. l. 18. rescripto
P. 116. l. 2. ληστεύουσι
P. 122. l. 4. *Hodego*
P. 145. l. 12. ἰδρῶτος
P. 153. l. 12. φιντῶ
 l. 16. ἐπηρμένος
P. 163. l. 5. δῆ
P. 197. l. 16. Ἀθήνησι
P. 212. ad imam pag. xlii. pro xliii.
P. 217. l. 28. οὔτω πως
P. 256. l. 7. inflexibilem.
P. 264. l. penult. χρόνους
P. 265. l. 1. protulit
P. 268. l. 13. στειλάμενος
 l. 7. ab ima pag. συνανεπάημεν
P. 270. l. 19. constabit
P. 274. l. 27. κενοτάφια
P. 289. l. ult. Hos viros Zoker et Jacobum ab Epiphanio Monacho commem-
 moratos fuisse video in *Vita Deipara* anno 1774. Romæ primum edita.
 Vid. *Anecdott. Litt.* vol. III. p. 63.
P. 292. l. 4. τοῦ ante Χριστοῦ
P. 302. l. 14. ἐπερωτώμενα
P. 307. l. 1. ποικίλας

- P. 308. ad imam pag. 2 Cor. ii. 15.
 P. 317. l. 13. ἀδίκως
 P. 336. l. 16. *Scriptorum*
 P. 341. l. 13. ab ima pag. P. 303. l. 18.
 l. 30. P. 304. l. 3.
 l. ult. ἀνεκάλυψε
 P. 348. l. 10. ab ima pag. l. 14. pro l. 4.
 P. 349. l. 8. ab ima pag. l. 18. pro l. 8.
 P. 386. l. 5. ἐπιστολήν
 l. 9. ἀπόστολος
 P. 387. l. 15. Sed fortasse postea. *Verba desunt*, propterea quod maxime homines Judaicæ dispersionis, qui ibi degerent, alloquitur in epistola Paulus, tum propter
 P. 405. l. 17. *Pro* retulit Irenæus ——— *annuntiatum erat, corrige*, retulit Irenæus lib. iii. cap. 1. post mortem (τὴν ἔξοδον) apostolorum Petri ac Pauli scripsisse Marcum quæ a Petro annuntiata erant.
 P. 430. l. 12. debeat
 P. 461. l. 7. apud Irenæum. Addend. Vide et not. in HEGESIPPUM p. 267.

VOL. II.

- P. 39. l. 11. Veterem Interpretem τηροῦσι invenisse, non ὀρίζουσι, litteræ in voce συµμετροῦσι indicant.
 P. 54. l. 24. *servent* pro *statuant*, τηροῦσι pro ὀρίζουσι.
 P. 63. l. 5. ὁ Εἰρηναῖος. Adde, Confer Luc. xii. 1. ubi τὸ ἐν οἷς voce *interea* exponi solet.
 P. 97. l. 14. ὑποβάλλει
 P. 99. col. 1. l. 3. consequitur
 P. 101. l. 11. τροπήν τινα
 P. 112. l. 10. ab ima pag. συλλελόγισται.
 P. 125. l. 8. Ζεφυρίνου
 P. 136. l. 9. ab ima pag. qui
 P. 146. l. 3. ab ima pag. δόγη
 P. 234. l. 5. ἀτέκνου
 P. 251. l. 2. Μερχέρης
 l. 19. μέχρῃς
 P. 259. l. 17. βασιλέων
 P. 263. l. 11. ιγ'. γ.
 P. 285. l. antepenult. ἐνίκα
 P. 289. l. 19. Πελοποννησίων
 l. 20. Μεγαρέων
 P. 291. l. 24. Σεβαστὸς (Græcis)
 P. 292. l. 1. καρτερά.
 P. 293. l. 4. καθεστᾶσθαι
 P. 295. l. 19. πύργον
 P. 298. ad imam pag. xxvii
 P. 299. ad imam pag. 25. pro 24.
 P. 300. l. 3. ἡρήμωτο
 P. 304. l. 7. ὑπερ

- P. 320. l. 13. ἀπατεῶν
 P. 356. l. 14. ab ima pag. Extant obscurissimæ quædam in fabula quadam Judaica, pro, Extant—apud Talmudem. Addere vix necesse est, tradere cum aliis scriptoribus Epiphanium Monachum in *Vita Diapara*, p. 43. de quo libro paulo supra, Joachim patrem Mariæ Virginis extitisse.
 l. 11. ab ima pag. iii. pro xii.
 P. 364. l. 14. χρόνου
 P. 387. l. 9. 25. pro 14. et numerales proxime sequentes quater corrigend.
 P. 404. l. 24. Καμαριναῖος
 P. 411. l. 13. l. 10. pro l. 7.
 l. 21. xiii. pro xxii.
 P. 434. l. 7. συννεύουσι
 P. 442. l. 4. p. 280. l. 14. Ἀβδῶν
 P. 447. l. 7. ἀνυπευθύνου
 P. 453. l. 11. insititio
 P. 455. l. 18. Interserendum xxxvi.
 P. 456. l. 28. συμψηφισάμενος
 P. 464. l. 8. εὐάρεστος
 P. 469. l. 24. Ἀυρανῆτιν
 P. 476. l. 5. pag. 298. lin. 15.
 P. 488. l. 21. διαιρέσεως
 P. 492. l. 5. ab ima pag. τοῖς

VOL. III.

- P. 39. l. 11. superbiam
 P. 55. l. ult. 34. pro 35.
 P. 110. l. 27. deponat
 P. 139. l. 2. alacres.
 P. 141. l. 19. 1 Cor. xii. 10.
 P. 160. l. 16. ἐπιτρόποις
 P. 165. l. 2. ἐπιγυόντες
 P. 174. l. 1. ῥ
 P. 189. l. 18. *Pro priori*—ponuntur, *corrigere*, cum priori loco tum posteriori in libro vi. ubi, et deinceps, omnia hæc Synodica afferuntur.
 P. 191. l. 4. [Augustinus—*Migirpa*] Delendum. Videsis vol. V. harum *Reliqu.* p. 215.
 P. 195. l. 9. Adde, Non ait Augustinus, istam Cypriani ad Stephanum epistolam se non vidisse, sed ipsam ad baptismi quæstionem non pertinere; aliam quidem epistolam Cypriani ad eundem præsullem designans, immo fortasse, ut Augustini editor Benedictinus censet, litteras sibi volens illas de Marciano a Cypriano ad Stephanum scriptas. Vid. vol. V. harum *Reliqu.* p. 223.
 P. 201. l. 10. blasphemie
 l. 22. a Bamaccora
 P. 213. l. 9. πλστιν
 l. 17. ei pro si
 P. 224. ad imam pag. Joan. xx. 1.
 P. 228. ad imam pag. Marc. xvi. 6.

- P. 230. l. 4. [*Verborum Dionysii—Beveregiani*] Pertinere hæc verba ad Epistolam, quam ad Cononem de pœnitentia scripsit Dionysius, benigne me monuit vir cl. Henricus O. Coxe, cum eadem ac plura verba in codice MS. Barocc. 196. deprehendisset.
- P. 231. l. 6. τῶν
- P. 234. l. 11. Atque etiam——extantes. Delenda hæc sunt.
- P. 238. l. 29. ἐξήτησας
- P. 242. l. 20. xxiii. 55. 56.
- P. 257. ad imam pag. Num. xv. pro Num. xvi.
- P. 262. l. 2. ἀνάγκην
- P. 263. l. 1. διαφυγόντας
- P. 298. l. penult. Phil. ii. 7.
- P. 337. l. 29. ὑψηλοφρονεῖ
- P. 357. l. 5. δόγματος
- P. 384. l. 4. ab ima pag. “Ita recte, ni fallor, Maranus.” Substituendum hoc est. Videnda quæ contra Marani sententiam scripsit vir valde perspicax et eruditus J. H. Newman. *Dissert. Critico-Philolog.* III. 3. p. 61, 67.
- P. 389. l. 5. Heb. iii. 2.
l. 9. l. 26. pro l. 15.
l. 18. Διονύσιος
- P. 397. l. penult. delend. 5.
- P. 412. l. 11. absurditatem.
- P. 415. l. 3. p. 459.
- P. 457. l. 20. animam
- P. 470. l. 3. ἀδιοργάνιστον
- P. 471. l. 8. ab ima pag. περιτέμνοντες
- P. 481. l. ult. scriptam
- P. 501. l. ult. *Rufin.*

VOL. IV.

- P. 13. l. 24. *fragili*
- P. 69. l. 2. συμβούλιον
- P. 72. l. 2. ὡς
- P. 77. l. 3. ἀπογραφέων
- P. 96. l. 18. ecclesiæ
- P. 98. l. 9. cap. xii. pro cap. xiv.
l. 24. *ιμάσιν.* Hic fortasse lectio Valesiana præferenda foret.
- P. 99. l. 24. ὑπηρετημένους
- P. 100. l. 16. διαν.
- P. 104. l. 13. Ibid. l. 13.
- P. 116. l. 15. ἀνάγκην
- P. 120. l. 4. ἐπανέστησαν
- P. 128. l. 6. constaret
- P. 142. l. 11. p. 120. pro p. 18. l. 22. συνοικείσον for. συνοικούσα
- P. 155. l. 9. ab ima pag. ταῖς
- P. 160. l. 6. ἤνιξατο.
- P. 168. l. 8. ab ima pag. Canonem
- P. 170. l. 2. Ancyritani (Ancyrani) canones
- P. 177. l. 6. σύνοδος
- P. 212. l. 13. Canon. III.

- P. 212. l. 14. l. 7.
 P. 217. l. 17. γενέσθαι
 P. 247. l. 24. possent. Adde quod, Joannes Baptista, qui ἐν δυνάμει καὶ πνεύματι Ἁλίου Christo præcederet, ipse quoque Ἁλίας ab ipso Domino appellatur. Confer Luc. i. 17. et Matth. xvii. 22.
 P. 255. l. 21. coactam
 P. 281. l. 22. censeo
 P. 309. l. 13. c. 9. Adde, Sic *Decretum Primum* Siricii, finem versus hujus sæculi ecclesiam Romanam regentis, inscribitur, *De Ariis non rebaptizandis*.
 P. 313. l. 11. Lindi. Adde, vel Lindinensium.
 P. 391. l. penult. δὴ τοι
 P. 403. l. ult. xliii. 5. pro xvi. 45.
 p. 430. l. 5. συνησθημένος
 P. 439. ad imam pag. ^aJob. ii. 10. ^bGen. iii. 1.
 P. 450. l. 7. p. 439. l. 7.
 P. 473. col. 2. l. 24. 480 pro 362.
 P. 496. col. 2. l. 6. ab ima pag. 417 pro 207.
 P. 502. col. 1. l. 16. ab ima pag. 22 pro 32.
 P. 513. col. 2. l. 22. 492 pro 411.
 P. 525. l. 7. ab ima pag. προεισηκότων
 l. 6. ab ima pag. l. 6. pro l. 8. et l. 5. pro l. 7.
 P. 526. l. 7. xii. pro xiv.
 l. 28. p. 248. pro 208.

l. 11. ab ima pag. episcopatum ejus commiserunt. Addend. Linum autem, cui apostolos Petrum et Paulum episcopatum tradidisse testatus est Irenæus, novem annis ante ipsorum martyrium vicarium S. Petri extitisse, ex annis in Catalogo Bucheriano Lino attributis collegit post alios scriptores Antonius Pagi in *Critico-Hist. Chron. in Annales Baronii*, vol. I. an. 78. pag. 70. Siquidem in hoc Catalogo, qui sæculo ecclesiæ quarto compositus est, post traditum, Petrum anno proximo post ascensum Christi *episcopatum suscepisse*, et annis viginti quinque *præfuisse*, sequuntur hæc verba : *Linus annis duodecim*, (Corrigit ex altero Catalogo Pagi *undecim* pro *duodecim*, duos tantum annos episcopatu Lini post Petrum attribuens) *mensibus quatuor, diebus duodecim. Fuit temporibus Neronis a consulatu Saturnini et Scipionis usque Capitone et Rufo*. p. 269. Bucherii *Comment. in Victorii Aquitani Canonem Paschalem*. Hoc est undecim annorum spatium. Et velim advertas, decantatus Petri viginti quinque annos ad episcopatum pertinere universæ ecclesiæ, non unius Romanæ; et junctos cum Lini annis, qui omnes sub Nerone in *Catalogo* collocantur, complere tempus inter mortem Christi et martyria apostolorum Petri et Pauli computari solitum. Ita vero Linus circiter tempus, quo S. Paulus epistolam scriberet ad Romanos, et ante accessum ejus ad urbem, res ecclesiæ administrare cœpisset. De Lini autem præsumque subsequentium annis, et de vicariatu, vel verius dixerim episcopatu, ejus, inter recentiores scriptores etiam nunc non convenit. Attamen, utcumque se habent ista, non dubium est, quin vel citius vel serius in ecclesiis Antiochena et Romana, sicut in reliquis magnis urbibus, episcopatus apostolica auctoritate stabilitus fuerit. Ipsa interea verba afferam Irenæi,

qui harum rerum Romanarum testis antiquissimus est, nam intra centum post annos vixit, quin immo cum episcopis urbis multum versatus. Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν (Romanam) Δίνω τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Δίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται (2 Tim. iv. 21). Lib. III. *Contra Hæres.* cap. 3. Conferas S. Dionysii Corinthii et Caii Romani a me allata testimonia in vol. I. et II. harum *Reliqu.*

P. 527. l. 5. ab ima pag. ἐπωνυμίαν

VOL. V.

P. 28. l. 30. ἡρέμα

P. 32. l. 7. ἐννάτω

P. 33. l. 9. ἦτις

P. 34. l. ult. Hoc Archelai Fragmentum etc. Sed vide pag. 205.

P. 47. l. 13. Μάρκελλος

P. 67. l. 2. ab ima pag. *objicior*

P. 76. l. 3. ab ima pag. ire.

P. 78. l. 3. ab ima pag. thesauri

P. 138. l. 13. intellectu

P. 153. l. 4. semetipsum

P. 196. l. 2. Addidit

P. 202. l. 1. Ἀρχέλαος

P. 203. l. 4. ab ima pag. οὕτως

P. 316. l. 10. solo. Sic quidem omnes, sed soli pro solo reponendum videtur.

P. 324. l. 12. tractatum

P. 326. l. 7. ab ima pag. perhibentur

P. 328. l. 18. calceamenti

P. 343. l. 8. ῥεραδιοιουργήκασι

P. 346. l. 5. ab ima pag. γενέσθαι

P. 347. l. 17. εὐαγγέλια

l. 3. ab ima pag. ἐπεχείρησεν

SELECT LIST
OF
STANDARD THEOLOGICAL WORKS

PRINTED AT

The Clarendon Press, Oxford.

THE HOLY SCRIPTURES, ETC.	page 1
FATHERS OF THE CHURCH, ETC.	" 4
ECCLESIASTICAL HISTORY, ETC.	" 5
ENGLISH THEOLOGY	" 6
LITURGIOLOGY	" 8

I. THE HOLY SCRIPTURES, ETC.

HEBREW, etc. *Notes on the Hebrew Text of the Book of Genesis.* By G. J. Spurrell, M.A. Crown 8vo. 10s. 6d.

— *Notes, Critical and Philological, on the Hebrew Text of I, II Samuel.* By S. R. Driver, D.D. 8vo. *In the Press.*

— *Treatise on the use of the Tenses in Hebrew.* By S. R. Driver, D.D. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. 7s. 6d.

— *The Psalms in Hebrew without points.* Stiff covers, 2s.

— *A Commentary on the Book of Proverbs.* Attributed to Abraham Ibn Ezra. Edited from a MS. in the Bodleian Library by S. R. Driver, D.D. Crown 8vo. paper covers, 3s. 6d.

— *The Book of Tobit.* A Chaldee Text, from a unique MS. in the Bodleian Library; with other Rabbinical Texts, English Transla-

tions, and the Itala. Edited by Ad. Neubauer, M.A. Crown 8vo. 6s.

HEBREW, etc. *Hebrew Accentuation of Psalms, Proverbs, and Job.* By William Wickes, D.D. 8vo. 5s.

— *Hebrew Prose Accentuation.* By the same Author. 8vo. 10s. 6d.

— *Horæ Hebraicæ et Talmudicæ, a J. Lightfoot.* A new edition, by R. Gandell, M.A. 4 vols. 8vo. 11. 1s.

— *The Book of Hebrew Roots,* by Abu 'l-Walid Marwân ibn Janâh, otherwise called Rabbi Yônâh. Now first edited, with an appendix, by Ad. Neubauer. 4to. 2l. 7s. 6d.

GREEK. OLD TESTAMENT.

Vetus Testamentum ex Versione Septuaginta Interpretum secundum exemplar Vaticanum Romæ editum. Accedit potior varietas Codicis Alexandrini. Tomi III. 18mo. 18s.

GREEK. *A Concordance to the Greek Versions and Apocryphal Books of the Old Testament.* By Edwin Hatch, M.A., D.D., assisted by other Scholars. *In the Press.*

— *Essays in Biblical Greek.* By Edwin Hatch, M.A., D.D., Reader in Ecclesiastical History, Oxford, and sometime Grinfield Lecturer on the LXX. 8vo. 10s. 6d.

— *Origenis Hexaplorum quae supersunt; sive, Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta.* Edidit Fridericus Field, A.M. 2 vols. 4to. 5l. 5s.

— **NEW TESTAMENT.** *Novum Testamentum Graece.* Antiquissimorum Codicum Textus in ordine parallelo dispositi. Accedit collatio Codicis Sinaitici. Edidit E. H. Hansell, S.T.B. Tomi III. 8vo. 24s.

— *Novum Testamentum Graece.* Accedunt parallela S. Scripturae loca, etc. Edidit Carolus Lloyd, S.T.P.R. 18mo. 3s.

On writing paper, with wide margin, 10s. 6d.

— *Appendices ad Novum Testamentum Stephanicum*, jam inde a Millii temporibus Oxoniensium manibus tritum; curante Gulmo. Sanday, A.M., S.T.P., LL.D. I. Collatio textus Westcottio-Hortiani (jure permissio) cum textu Stephanico anni MDL. II. Delectus lectionum notatu dignissimarum. III. Lectiones quaedam ex codicibus versionum Memphiticae Armeniacaе Aethiopicæ fusius illustratae. 18mo. *Just ready.*

— *Novum Testamentum Graece juxta Exemplar Millianum.* 18mo. 2s. 6d. On writing paper, with wide margin, 9s.

GREEK. *The Greek Testament*, with the Readings adopted by the Revisers of the Authorised Version :—

(1) Pica type, with Marginal References. Demy 8vo. 10s. 6d.

(2) Long Primer type. Feap. 8vo. 4s. 6d.

(3) The same, on writing paper, with wide margin, 15s.

— *The Parallel New Testament, Greek and English*; being the Authorised Version, 1611; the Revised Version, 1881; and the Greek Text followed in the Revised Version. 8vo. 12s. 6d.

— *Outlines of Textual Criticism applied to the New Testament.* By C. E. Hammond, M.A. Extra feap. 8vo. 3s. 6d.

— *A Greek Testament Primer.* An Easy Grammar and Reading Book for the use of Students beginning Greek. By E. Miller, M.A. Extra feap. 8vo. 3s. 6d.

LATIN. *Libri Psalmorum Versio antiqua Latina, cum Paraphrasi Anglo-Saxonica.* Edidit B. Thorpe, F.A.S. 8vo. 10s. 6d.

— *Old-Latin Biblical Texts*: No. I. The Gospel according to St. Matthew, from the St. Germain MS. (g). Edited with Introduction and Appendices by John Wordsworth, D.D. Small 4to., stiff covers, 6s.

— *Old-Latin Biblical Texts*: No. II. Portions of the Gospels according to St. Mark and St. Matthew, from the Bobbio MS. (k), etc. Edited by John Wordsworth, D.D., W. Sanday, M.A., D.D., and H. J. White, M.A. Small 4to., stiff covers, 21s.

LATIN. *Old-Latin Biblical*

Texts: No. III. The Four Gospels, from the Munich MS. (q), now numbered Lat. 6224 in the Royal Library at Munich. With a Fragment from St. John in the Hof-Bibliothek at Vienna (Cod. Lat. 502). Edited, with the aid of Tischendorf's transcript (under the direction of the Bishop of Salisbury), by H. J. White, M.A. Small 4to. stiff covers, 12s. 6d.

Nouum Testamentum Domini

Nostri Iesu Christi Latine, secundum Editionem S. Hieronymi. Ad Codicum Manuscriptorum fidem recensuit Iohannes Wordsworth, S.T.P., Episcopus Sarisburiensis. In operis societatem adsumto Henrico Iuliano White, A.M., Societatis S. Andreae, Collegii Theologici Sarisburiensis Vice-Principali. Partis prioris fasciculus primus. Euangelium secundum Mattheum. 4to., papers covers, 12s. 6d.

OLD-FRENCH. *Libri Psalmorum*

Versio antiqua Gallica e Cod. ms. in Bibl. Bodleiana adseruato, una cum Versione Metrica aliisque Monumentis peruetustis. Nunc primum descripsit et edidit Franciscus Michel, Phil. Doc. 8vo. 10s. 6d.

ENGLISH. *The Holy Bible*

in the Earliest English Versions, made from the Latin Vulgate by John Wycliffe and his followers: edited by Forshall and Madden. 4 vols. Royal 4to. 3l. 3s.

Also reprinted from the above, with Introduction and Glossary by W. W. Skeat, Litt. D.

The Books of Job, Psalms,

Proverbs, Ecclesiastes, and the Song of Solomon. Extra fcap. 8vo. 3s. 6d.

The New Testament. Extra

fcap. 8vo. 6s.

ENGLISH. *The Holy Bible,*

Revised Version.*

Cheap Editions for School Use.

Revised Bible. Pearl 16mo., cloth boards, 1s. 6d.

Revised New Testament. Nonpareil 32mo., 6d.; Brevier 16mo., 1s.; Long Primer 8vo., 1s. 6d.

* The Revised Version is the joint property of the Universities of Oxford and Cambridge.

— *The Oxford Bible for*

Teachers, containing supplementary Helps to the Study of the Bible, including summaries of the several Books, with copious explanatory notes; and Tables illustrative of Scripture History and the characteristics of Bible Lands, with a complete Index of Subjects, a Concordance, a Dictionary of Proper Names, and a series of Maps. Prices in various sizes and bindings, from 3s. to 2l. 5s.

— *Helps to the Study of the*

Bible, taken from the Oxford Bible for Teachers. Crown 8vo. 3s. 6d.

— *The Psalter, or Psalms*

of David, and certain Canticles, with a Translation and Exposition in English, by Richard Rolle of Hampole. Edited by H. R. Bramley, M.A. With an Introduction and Glossary. Demy 8vo. 1l. 1s.

— *Studia Biblica.* Essays

in Biblical Archæology and Criticism, and kindred subjects. By Members of the University of Oxford. Vol. I. 8vo. 10s. 6d.

- ENGLISH.** *The Book of Wisdom*: the Greek Text, the Latin Vulgate, and the Authorised English Version; with an Introduction, Critical Apparatus, and a Commentary. By W. J. Deane, M.A. 4to. 12s. 6d.
- GOTHIC.** *The Gospel of St. Mark in Gothic*, according to the translation made by Wulfila in the Fourth Century. Edited, with a Grammatical Introduction and Glossarial Index, by W. W. Skeat, Litt. D. Extra feap. 8vo. 4s.

2. FATHERS OF THE CHURCH, ETC.

- St. Athanasius**: *Orationes against the Arians*. With an account of his Life by William Bright, D.D. Crown 8vo. 9s.
- *Historical Writings, according to the Benedictine Text*. With an Introduction by W. Bright, D.D. Crown 8vo. 10s. 6d.
- St. Augustine**: *Select Anti-Pelagian Treatises, and the Acts of the Second Council of Orange*. With an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. 9s.
- Canons of the First Four General Councils of Nicaea, Constantinople, Ephesus, and Chalcedon**. Crown 8vo. 2s. 6d.
- *Notes on the above*. By William Bright, D.D. Crown 8vo. 5s. 6d.
- Catena Graecorum Patrum in Novum Testamentum**. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi VIII. 8vo. 2l. 4s.
- Clementis Alexandrini Opera, ex recensione Guil. Dindorfii**. Tomi IV. 8vo. 3l.
- Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in XII Prophetas**. Edidit P. E. Pusey, A.M. Tomi II. 8vo. 2l. 2s.
- Cyrilli in D. Joannis Evangelium**. Accedunt Fragmenta Varianon Tractatus ad Tiberium Diaconum Duo. Edidit post Aubertum P. E. Pusey, A.M. Tomi III. 8vo. 2l. 5s.
- *Commentarii in Lucae Evangelium quae supersunt Syriace*. E mss. apud Mus. Britan. edidit R. Payne Smith, A.M. 4to. 1l. 2s.
- The same, translated by R. Payne Smith, M.A. 2 vols. 8vo. 14s.
- Ephraemi Syri, Rabulae Episcopi Edesseni, Balaai, aliorumque Opera Selecta**. E Codd. Syriacis mss. in Museo Britannico et Bibliotheca Bodleiana asservatis primus edidit J. J. Overbeck. 8vo. 1l. 1s.
- Eusebii Pamphili Evangelicae Praeparationis Libri XV**. Ad Codd. mss. recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 8vo. 1l. 10s.
- *Evangelicae Demonstrationis Libri X*. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 8vo. 15s.
- *contra Hieroclem et Marcellum Libri*. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 8vo. 7s.

- Eusebius' Ecclesiastical History**, according to the text of Burton, with an Introduction by W. Bright, D.D. Crown 8vo. 8s. 6d.
- Evagrii Historia Ecclesiastica**, ex recensione H. Valesii. 8vo. 4s.
- Irenaeus: The Third Book of St. Irenaeus, Bishop of Lyons, against Heresies.** With short Notes and a Glossary by H. Deane, B.D. Crown 8vo. 5s. 6d.
- Origenis Philosophumena; sive omnium Haeresium Refutatio.** E Codice Parisino nunc primum editit Emmanuel Miller. 8vo. 10s.
- Patrum Apostolicorum, S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, quae supersunt.** Edidit Guil. Jacobson, S.T.P.R. Tomi II. Fourth Edition. 8vo. 1l. 1s.
- Reliquiae Sacrae secundi tertique saeculi.** Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi V. Second Edition. 8vo. 1l. 5s.
- Scriptorum Ecclesiasticorum Opuscula.** Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi II. 8vo. 10s.
- Socratis Scholastici Historia Ecclesiastica.** Gr. et Lat. Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 8vo. 15s.
- Socrates' Ecclesiastical History**, according to the Text of Hussey, with an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. 7s. 6d.
- Sozomeni Historia Ecclesiastica.** Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 8vo. 15s.
- Theodoretii Ecclesiasticae Historiae Libri V.** Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 8vo. 7s. 6d.

3. ECCLESIASTICAL HISTORY, ETC.

- Baedae Historia Ecclesiastica.** Edited, with English Notes, by G. H. Moberly, M.A. Crown 8vo. 10s. 6d.
- Bigg. The Christian Platonists of Alexandria;** being the Bampton Lectures for 1886. By Charles Bigg, D.D. 8vo. 10s. 6d.
- Bingham's Antiquities of the Christian Church, and other Works.** 10 vols. 8vo. 3l. 3s.
- Bright. Chapters of Early English Church History.** By W. Bright, D.D. Second Edition. 8vo. 12s.
- Burnet's History of the Reformation of the Church of England.** A new Edition. Carefully revised, and the Records collated with the originals, by N. Pocock, M.A. 7 vols. 8vo. 1l. 10s.
- Cardwell's Documentary Annals of the Reformed Church of England;** being a Collection of Injunctions, Declarations, Orders, Articles of Inquiry, etc. from 1546 to 1716. 2 vols. 8vo. 18s.
- Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland.** Edited, after Spelman and Wilkins, by A. W. Haddan, B.D., and W. Stubbs, D.D. Vols. I and III. Medium 8vo. each 1l. 1s.
Vol. II, Part I. Medium 8vo. 10s. 6d.
Vol. II, Part II. Church of Ireland: Memorials of St. Patrick. Stiff covers, 3s. 6d.

Fuller's *Church History of Britain*. Edited by J. S. Brewer, M.A. 6 vols. 8vo. 1l. 19s.

Gibson's *Synodus Anglicana*. Edited by E. Cardwell, D.D. 8vo. 6s.

Hamilton's (*Archbishop John*) *Catechism*, 1552. Edited, with Introduction and Glossary, by Thomas Graves Law, Librarian of the Signet Library, Edinburgh. With a Preface by the Right Hon. W. E. Gladstone. Demy 8vo. 12s. 6d.

Hussey. *Rise of the Papal Power, traced in three Lectures*. By Robert Hussey, B.D. *Second Edition*. Feap. 8vo. 4s. 6d.

John, Bishop of Ephesus. *The Third Part of his Ecclesiastical History*. [In Syriac.] Now first edited by William Cureton, M.A. 4to. 1l. 12s.

— *The same*, translated by R. Payne Smith, M.A. 8vo. 10s.

Le Neve's *Fasti Ecclesiae Anglicanae*. Corrected and continued from 1715 to 1853 by T. Duffus Hardy. 3 vols. 8vo. 1l. 1s.

Noelli (A.) *Catechismus sive prima institutio disciplinae Pietatis*

Christianae Latine explicata. Editio nova cura Guil. Jacobson, A.M. 8vo. 5s. 6d.

Records of the Reformation.

The Divorce, 1527-1533. Mostly now for the first time printed from MSS. in the British Museum and other Libraries. Collected and arranged by N. Pocock, M.A. 2 vols. 8vo. 1l. 16s.

Reformatio Legum Ecclesiasticarum. The Reformation of Ecclesiastical Laws, as attempted in the reigns of Henry VIII, Edward VI, and Elizabeth. Edited by E. Cardwell, D.D. 8vo. 6s. 6d.

Shirley. *Some Account of the Church in the Apostolic Age*. By W.W. Shirley, D.D. *Second Edition*. Feap. 8vo. 3s. 6d.

Stillingfleet's *Origines Britannicae*, with Lloyd's Historical Account of Church Government. Edited by T. P. Pantin, M.A. 2 vols. 8vo. 10s.

Stubbs. *Registrum Sacrum Anglicanum*. An attempt to exhibit the course of Episcopal Succession in England. By W. Stubbs, D.D. Small 4to. 8s. 6d.

4. ENGLISH THEOLOGY.

Bradley. *Lectures on the Book of Job*. By George Granville Bradley, D.D., Dean of Westminster. Crown 8vo. 7s. 6d.

— *Lectures on Ecclesiastes*. By G. G. Bradley, D.D., Dean of Westminster. Crown 8vo. 4s. 6d.

Bull's Works, with Nelson's Life. Edited by E. Burton, D.D. 8 vols. 8vo. 2l. 9s.

Burnet's *Exposition of the XXXIX Articles*. 8vo. 7s.

Butler's Works. 2 vols. 8vo. 11s.

Comber's Companion to the Temple; or a Help to Devotion in the use of the Common Prayer. 7 vols. 8vo. 1l. 11s. 6d.

Cranmer's Works. Collected and arranged by H. Jenkyns, M.A., Fellow of Oriel College. 4 vols. 8vo. 1l. 10s.

Enchiridion Theologicum
Anti-Romanum.

Vol. I. Jeremy Taylor's Dissuasive from Popery, and Treatise on the Real Presence. 8vo. 8s.

Vol. II. Barrow on the Supremacy of the Pope, with his Discourse on the Unity of the Church. 8vo. 7s. 6d.

Vol. III. Tracts selected from Wake, Patrick, Stillingfleet, Claggett, and others. 8vo. 11s.

Greswell's Harmonia Evangelica. Fifth Edition. 8vo. 9s. 6d.

Hall's Works. Edited by P. Wynter, D.D. 10 vols. 8vo. 3l. 3s.

Heurtley. Harmonia Symbolica: Creeds of the Western Church. By C. Heurtley, D.D. 8vo. 6s. 6d.

Homilies appointed to be read in Churches. Edited by J. Griffiths, M.A. 8vo. 7s. 6d.

Hooker's Works, with his Life by Walton, arranged by John Keble, M.A. Seventh Edition. Revised by R. W. Church, M.A., Dean of St. Paul's, and F. Paget, D.D. 3 vols. medium 8vo. 1l. 16s.

— *the Text* as arranged by J. Keble, M.A. 2 vols. 8vo. 11s.

Jackson's (Dr. Thomas) Works. 12 vols. 8vo. 3l. 6s.

Jewel's Works. Edited by R. W. Jelf, D.D. 8 vols. 8vo. 1l. 10s.

Martineau. A Study of Religion: its Sources and Contents. By James Martineau, D.D. 2 vols. 8vo. 1l. 4s.

Patrick's Theological Works. 9 vols. 8vo. 1l. 1s.

Pearson's Exposition of the Creed. Revised and corrected by E. Burton, D.D. Sixth Edition. 8vo. 10s. 6d.

— *Minor Theological Works.* Edited with a Memoir, by Edward Churton, M.A. 2 vols. 8vo. 10s.

Sanderson's Works. Edited by W. Jacobson, D.D. 6 vols. 8vo. 1l. 10s.

Stillingfleet's Origines Sacrae. 2 vols. 8vo. 9s.

— *Rational Account of the Grounds of Protestant Religion*; being a vindication of Archbishop Laud's Relation of a Conference, etc. 2 vols. 8vo. 10s.

Wall's History of Infant Baptism. Edited by H. Cotton, D.C.L. 2 vols. 8vo. 1l. 1s.

Waterland's Works, with Life, by Bp. Van Mildert. *A new Edition,* with copious Indexes. 6 vols. 8vo. 2l. 11s.

— *Review of the Doctrine of the Eucharist,* with a Preface by the late Bishop of London. Crown 8vo. 6s. 6d.

Wheatly's *Illustration of the Book of Common Prayer.* 8vo. 5s.

Wyclif. *A Catalogue of the Original Works of John Wyclif.* By W. W. Shirley, D.D. 8vo. 3s. 6d.

Wyclif. *Select English Works.* By T. Arnold, M.A. 3 vols. 8vo. 1l. 1s.

— *Triologus.* With the Supplement now first edited. By Gotthard Lechler. 8vo. 7s.

5. LITURGIOLOGY.

Cardwell's *Two Books of Common Prayer*, set forth by authority in the Reign of King Edward VI, compared with each other. *Third Edition.* 8vo. 7s.

— *History of Conferences on the Book of Common Prayer from 1551 to 1690.* *Third Edition.* 8vo. 7s. 6d.

Hammond. *Liturgies, Eastern and Western.* Edited, with Introduction, Notes, and a Liturgical Glossary, by C. E. Hammond, M.A. Crown 8vo. 10s. 6d.

An Appendix to the above, crown 8vo. paper covers, 1s. 6d.

Leofric Missal, *The*, as used in the Cathedral of Exeter during the Episcopate of its first Bishop, A.D. 1050-1072; together with some Account of the Red Book of Derby, the Missal of Robert of Jumièges,

and a few other early MS. Service Books of the English Church. Edited, with Introduction and Notes, by F. E. Warren, B.D., F.S.A. 4to. half morocco, 1l. 15s.

Maskell. *Ancient Liturgy of the Church of England*, according to the uses of Sarum, York, Hereford, and Bangor, and the Roman Liturgy arranged in parallel columns, with preface and notes. By W. Maskell, M.A. *Third Edition.* 8vo. 15s.

— *Monumenta Ritualia Ecclesiae Anglicanae.* The occasional Offices of the Church of England according to the old use of Salisbury, the Prymer in English, and other prayers and forms, with dissertations and notes. *Second Edition.* 3 vols. 8vo. 2l. 10s.

Warren. *The Liturgy and Ritual of the Celtic Church.* By F. E. Warren, B.D. 8vo. 14s.

Oxford

AT THE CLARENDON PRESS

LONDON: HENRY FROWDE

OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, AMEN CORNER, E.C.

